BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA

IMP. IVSTINIANI
NOVELLAE

EDIDIT
C. E. ZACHARIAE A. LINGENTHAL
APPENDICES

1468

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

APPENDIX

AD

EDITIONEM NOVELLARUM IUSTINIANI

ORDINE CHRONOLOGICO DIGESTARUM.

SCRIPSIT

C. E. ZACHARIAE A LINGENTHAL

D. I. U. DOMINUS IN GROSSKMEHLEN.

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXXXIV.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

Printed in Germany

IN MEMORIAM

DIEI IV ANTE IDUS IUNIAS

QUO

ANTE HOS QUINQUAGINTA ANNOS

SUMMOS IN UTROQUE IURE HONORES

NACTUS SUM.

Inde ab anno 1876 editionem Novellarum parare coepi, graeca ad Codicis Veneti lectiones castigans, in latinis anteriorum editionum auctoritate innisus: graecis latina ex Authentico (secundum Heimbachii editionem) apponens, vel ubi Authentici versio deficeret novam versionem latinam adumbrans: graeca et latina commentario critico illustrans. Opere tantum non ad finem perducto certior factus, a viro doctissimo R. Schöll editionem criticam parari, quae Institutionibus Digestis Codici a Mommsenio et Kruegero editis tanquam ultimum volumen accederet, dubitavi aliquando quid facerem. Mox ex plagulis mecum communicatis cognovi, latina Authentici a Schöllio longe emendatiora quam ab Heimbachio proferri, et commentarium criticum vel ad graeca pleniorem quam ego institueram exhiberi quippe integram lectionis varietatem non solum ex codice Veneto sed etiam e Codicibus Florentino et Ambrosiano aliisque subsidiis criticis complexum. Proinde versionem latinam et notarum partem longe maximam in editione a me parata superfluas esse vidi. Quum tamen Schöllius quoad ordinem, quo editores Corporis iuris Novellas exhibere easque nostrates laudare consueverunt, nihil mutare voluerit, equidem operae pretium esse duxi, Novellas ordine chronologico digestas typis committere. Et hoc non solum propterea quod eiusmodi dispositio unice rationabilis est, sed etiam ideo quod historia iuris et imperii qualis sub Iustiniano fuerit Novellis chronologice digestis luculenter illustratur. Sic enim nullo labore intellegitur quid antiquioris quid recentioris iuris sit. Sic demonstratur, quam pauca Tribonianus in Novellis componendis Iustiniano praestiterit et ut is ab argentariis tanquam iudex specialis expetitus facile potuit in suspicionem venalitatis incidere. E contrario apparet, quam aptus fuerit Ioannes Cappadox rei-

publicae administrandae, qui obsoletum linguae latinae usum e scriniis et iudiciis orientalibus expulerit: qui orientales provincias bello Persico turbatas et devastatas peragratus Iustiniano reformandarum istarum provinciarum auctor fuerit: qui denique sumtus imperatori ad tot bella feliciter gerenda procurare potuerit. Ioanne pulso Tribonianus rursus in scenam prodit (utpote cuius subscriptione τοὺς θείους τύπους firmari constituitur), et rursus patrio Iustiniani sermone leges promulgantur. Tandem Triboniano quaestore et Theodora imperatoris coniuge defunctis Iustinianus iam senescens praesertim ecclesiasticis rebus occupatus cernitur. Haec et eius generis alia Novellarum collectio chronologica quasi ob oculos ponit. Quae quum ita sint, collectio eiusmodi viris doctis mox praestare videbitur inordinatae illi compilationi quam in editionibus Corporis iuris hactenus invenire est. Medio aevo, postquam Novellarum plenior collectio ab Haloandro et Scrimgero publici iuris facta est, editores Corporis iuris hanc collectionem cum additamentis in locum IX collationum substituerunt atque ICti Novellas numeris ex pleniore collectione desumtis laudare sese assuefecerunt. Ego vero nostro aevo transitum ab ea, quae a maioribus tradita est, ad novam methodum multo expeditiorem esse crediderim, quum ius Romanum hodie in scholis potius quam in iudiciis auctoritate fruatur. Quae quum ita sint vehementer doleo quod Schöllius anteriorum editorum exemplum sequi maluerit.

Praeter ordinem chronologicum editio mea conspicua est collatione optimi Codicis Veneti integra, ad cuius fidem Novellarum graecarum textum castigavi. Nonnunquam Venetas lectiones servavi, licet vulgares grammaticorum regulae refragentur: exempli gratia οὔτε οὐδὲ, μήτε μηδὲ promiscue usurpata (P. I p. 21 lin. 10 a fine, p. 25 lin. 9 a fine et sic passim), ἵνα cum indicativo vel optativo (P. II p. 301 lin. 6. p. 329 lin. 15 et sic centies), ἐπειδὰν — ἔλθοι (P. I p. 47 lin. 9 sq.), εἰ . . παραλείψειεν

ἢ . . . ποιήσηται (P. I p. 33 sq.), et eius generis alia. Schöllium quidem video talia subinde emendasse vel contra Codicum auctoritatem: ego vero ne in his quidem a Codicis Veneti testimonio recedendum esse puto: imo Venetam lectionem restituendam esse crediderim, ubi eam in talibus editio mea anteriores editores secuta temere deseruit. (Cf. quae infra ad P. I p. 34. 143. 252. 253. 284. P. II p. 121. 222. 232. 279. 311. 331 notavi.)

Sed quaeret aliquis, cur tam presse Venetum sequi nec potius ex illo et Florentino Ambrosianoque Codicibus aliisque subsidiis lectiones quae meliores viderentur eligendo textum componere instituerim. Sunt sane ubi Venetus lacunas et lectiones apertissime vitiosas habet, quibus locis vel coniecturis medela adferenda fuit: in universum autem lectionibus Venetis, sicubi defendi poterant, standum esse putavi. In re enim, in qua iudicium saepe anceps et lubricum est, auctoritati Codicis Veneti, qui tam aetate quam proprietate scripturae reliquis Codicibus et subsidiis antecellit, obtemperare sicut commendabile ita tutissimum est. Accedit quod ab interpolationibus, quae Florentinum deformant, immunis est ut vel ideo fide dignior sit. Denique solus constitutiones nonnullas servavit, ut harmonia totius operis eandem, quam in illis constitutionibus, etiam in reliquis textus recensionem exhiberi desideraret.

Supra narravi commentarii critici, quem ad textum Novellarum adstruxeram, partem longe maximam post inspectas plagas Schöllianae editionis, quippe quae varietatem lectionis pleniorem contineret, a me cancellatam esse. Quod festinantius agens notas hic illic induxi, quas intactas relinquere praestabat. Ex istis nonnulla in fine editionis addidi, nunc autem pleniora et aucta novis observationibus (quarum partem fasciculi I et II Schöllianae editionis hactenus publicati subpeditaverunt) tibi iam, benevole lector, profero, adiecto in fine elencho erratorum quae sive typothetae sive correctori imputanda sunt.

Notanda ad P. I.

p. III lin. 8. Inter Novellas quae ad nos pervenerunt extant nonnullae sive graeco sive latino sermone scriptae, quae utrum ita ut nunc leguntur a Iustiniano editae sint an interpreti *κατὰ πόδα* debeantur non satis in aprico est. Res coniecturis nititur tota, ut sufficiat hoc loco ad ea referre quae ad c. CXV. CXXX. CXXXI. CXXXIV. CXXXVI notavi. Illud satis patet, Novellas suggerente Ioanne P. P. datas graece scriptas fuisse, quippe Ioannes (teste Lydo III, 68) latini sermonis sive ignarus sive contemtor fuit: Theodotus autem eius successor rursus latine Novellas edi curavit. Denique notandum Novellas ad Praefectum Praetorio Illyrici directas modo latine modo graece datas videri: cf. c. XXX. LXXXII. CVII. CXXIII. CXXXV.

lin. 16. Haenel Epitomen Iuliani intra annos 551—554 scriptam esse voluit. Atqui quae apud Iulianum est c. 117 — nobis CLXV — anno 555 data esse videtur.

p. IV lin. 13. Schöllius in notarum explicatione auctor est, Ambrosianum „per ordinem titulorum minimum quatuordecim (nam extrema Codicis folia perierunt) dispositas habere Novellas has: 134 c. 1—4, 131 c. 5 sq. 6. 3. 16. 86. 5. 133. 79. 7. 19. 2. 12. 115. 1. 32. 83" (nobis c. CLXVI. CLI. XII. XIV. XXXVI. CIII. XIII. C. XCVIII. XV. XLIII. X. XXII. CXXXVI. IX. XXIX. CIV). „Aliarum nonnullarum summae inseruntur ex Athanasii epitome petitae. Caeterum etiam in integris novellis transscriben-

dis saepius epitomatorem egit librarius." Proinde infra ad c. XIV. XXXVI. XCVIII. CIV. CXXXVI. CLXVI notes quaeso, exaratas haberi in Codice Ambrosiano.

lin. 15. Quod Blumius narrat de XIII Iustiniani Edictis in Ambrosiana frustra quaesitis, potius intellegendum est de Codice L, 49.

p. IV lin. 18. Constitutionis latinae de raptis mulieribus (nobis CLXXIII) aliud exemplar in appendice Iuliani, quod Leoni inscribitur, aliud in Auth. c. 132 extat ad Areobindam directum: utrumque in Collectione 168 Novellarum et quidem numeris 143 et 150 receptum fuisse videtur. Areobinda autem non is intellegendus est qui a. 553 Praef. Praet. Orientis fuit, quippe ad quem constitutio graece mittenda fuisset, sed potius is videtur esse, qui a. 543 in Africam missus anno sequente interfectus est (Procop. bell. Vand. c. 24. Theophanes ed. Paris. p. 178 sqq.). Unde subscriptio, quam praestant Athanasius et Theod. Nov. 143 sic videtur legenda esse: *καλ. ἰανουαρ. βασιλείας ἰουστινιανοῦ τὸ ιϛ´ μετὰ τὴν ὑπατείαν βασιλείου τὸ β´* i. e. a. 543, dum exemplari alteri quod Leoni inscriptum est propria sit subscriptio illa annum 563 indicans, quae ei accedit in Codicibus Iuliani et firmatur a Theodoro ad Nov. 150. Iam si c. 132 Authentici anno 543 vindicanda est, novissima constitutio in Authentico exhibita c. 127 de anno 556 est. Quae quum ita sint, haud improbabilis videbitur coniectura, Authenticum esse collectionem Novellarum, quae iussu imperatoris (c. CLXIV §. XI) in Italiam missa ibique graecis *κατὰ πόδα* in latinum sermonem conversis a Praefecto Praetorio publice proposita fuerit. De quo pluribus egi in Sitzungsberichte der Akad. d. Wiss. zu Berlin. 1882, XLV tractatu Zur Gesch. des Authenticum.

p. VII lin. 14 lege: centum et quod excurrit annis.

p. VII in fine not. 1[a] adde: cf. P. II p. 121 not. 8.

p. VIII lin. 2. Venetum non sub finem saec. XII, sed, ut ex his quae postea dicentur apparet, initio saec. XIII

exaratum esse arbitror. In libro: Exempla Codicum graecorum ed. G. Wattenbach et A. von Velsen Heidelb. 1878 tabula L exhibetur imago fol. 163[a] Codicis Veneti, et ad eam auctores affirmant, Codicem ab uno librario saeculo XIII scriptum esse.

p. 1 lin. 12 legerim *καὶ καταθεμένην*.

p. 6 lin. 12 *ἤτεις* pro *ἤτησας* legerim, quippe propius accedit ad lectionem Ven. *εἴ τις*.

p. 7 not. 3 potius *ἐπαρχίας αἰγύπτου πρώτης τῆς αἰγυπτιακῆς διοικήσεως*, ut est corrigendum apud Parthey l. c. p. 80. Postea (c. XCVI c. 1. 2) ducis et augustalis magistratus in unum coaluerunt.

p. 9 lin. 16. Quid? si *ἀπαγορεῦσαί σε* legamus?

p. 10 lin. 10 a fine. *Ἐθνικοὶ ἀποδέκται* (sive quod magis usitatum est *ὑποδέκται*) quid sibi velint non satis assequor: gentium susceptores equidem non memimi me usquam vidisse laudatos. Forte legendum *γενικοὺς* pro *ἐθνικοὺς*, ut de susceptoribus sermo sit, qui arcaria tributa et simul aurum largitionale suscipiunt, contra quam statuerat l. 13 C. de susceptoribus.

p. 13 not. 6. Lectio Veneta *δεῖ* non est cur mutetur. Comma ante *δεῖ* delendum est.

p. 16 not. 4 „insularum Sardiniae" (pro stricto) firmant Hierocles ed. Parthey p. 51. 79 et infra p. 153 lin. 7 et 500 lin. 2.

not. 5. Verba „in quinquennium" non sunt delenda, quippe potius legendum est „id est in quinq." ut Schöllius Codicum auctoritate reposuit.

p. 19 not. 6 *ἄδειαν παρεχέτω*, quod et Flor. habet, ferri potest. Haloandri tamen coniecturam *ἄδεια παρεχέσθω* firmat Auth.

p. 20 lin. 18 malim *τὸν δημόσιον*. Librariis modo *τὸ δημόσιον* modo *ὁ δημόσιος* scribitur.

p. 22 lin. 9. Schöll verba *καὶ φιδεικομμισσαρίους* excidisse putat.

p. 24 not. 20 adde: unde Auth. videntur habet pro δοκεῖ.

p. 25 lin. 6 ὑπεξηρῆσθαι lege, ut est in Ven.

p. 28 lin. 3 a f. κεκοιμημένοις secundum Flor. et Auth. pro Ven. καὶ κειμένοις legerim.

p. 29 lin. 5. Verbis νῦν — προσγενομένοις imperator Τζάνους in prooemio laudatos intellegit.

lin. 8 ad νενομοθέτηται cf. c. Cordi nobis §. 5.

p. 31 lin. 10 a f. Significantur c. 3 Cod. 5, 9 et c. 5 Cod. 6, 56. Cf. infra c. 3.

lin. 6 a f. Intellegitur c. 7 Cod. 6, 56.

p. 33 lin. 3 a f. εἴγε pro εἶτε coni. Schöll. Non male.

p. 34 lin. 2 ἔχει habet Ven. quod ferri potest.

p. 35 lin. 41 Schöll μὲν post διαδέξονται inserit, secutus Ambros. et Auth. Quod sane placet.

p. 37 lin. 5 sqq. Vide infra c. XLVIII c. 45 §. 1.

p. 38 lin. 2. Ad νομοθετηθὲν nota Cod. 5, 14, 9.

lin. 4 καταγαγεῖν habent Ambros. Auth. Basil.

lin. 6 Schöll pro εἶτα (quod propter sequentia ferri non possit) coni. ὅπως vel ἐφ' οἷς. Equidem ἵνα legere malim, nisi forte vitium in verbo ἐπεισενέγκοιτο lateat. Quod si quis μὴ εἰσενέγκοιτο legere velit, Authenticum et Iulianum inimicos habebit.

lin. 8. Ven. παρασχημένη, unde quis coniiciat παρεσχημένη.

p. 40 lin. 20. Cf. Dig. 46, 1, 49 §. 2.

p. 41 lin. 8. Ven. ἐπὶ non habet.

lin. 9 κατέχοιτο coni. Schöll. Sed potius mox cum Flor. legendum κατέχοιντο.

p. 42 lin. 5 a f. lege τοιαῦτα, ὁποῖα τὰ μὲν, et dele not. 10.

p. 44 lin. 8. De epitome huius Novellae (ad Athanasii epitomen ut videtur efformata) in sylloge canonum arabica cf. Assemanus bibl. Orient. I p. 619 et bibl. iuris Or. II p. 185. 304 et III p. 143.

lin. 19. Ven. τῶν non habet, quod tamen ex Coll. 87 capp. Ath. Theod. supplendum esse videbatur.

p. 44 lin. 24. D. VI vel XVII K. April.

p. 51 lin. 7. 8. Schöll Ambros. et Auth. secutus *γνωρίμην — αὐτάς*. Recte.

p. 53 lin. 12. 13 *ἀπαραίτητον ἀνάγκην, μηκέτι προσωτέρω χωρ*. Schöll ex Ambros. et Auth. Recte.

lin. 17 *πάσης τῆς ἱερᾶς* coni. Schöll.

p. 55 lin. 7. 8 lege *ἀπολιποῦσαι*, ut Schöll ex Ambros. uti videtur.

lin. ult. Cf. etiam c. XIII c. 6.

p. 56 lin. 4. Pro *αὐτὰς* quod Ven. praestat malim *αὐτὸ* legere, quod Schöllio auctore in Flor. Ambros. Basil. Auth. est. Scilicet nisi ita legas, sequens *χωρεῖν* vix aptum est.

p. 57 not. 29. Significari videntur quae supra in hac constitutione sancita sunt, non autem c. XIV.

p. 58 not. 32. In Auth. sic est: „Scripta exemplaria Eufraemio sanctissimo archiepiscopo Theopolitano. Scripta exemplaria sanctissimo episcopo Hierosolymorum. Scripta exemplaria Iohanni viro gloriosissimo praefecto sacrorum praetoriorum secundo exconsuli et patricio. Cui etiam hoc adiectum est: Et tua quoque celsitudo haec sciens una cum semper suscepturis sedem tuam haec servare festinet et si denuntiatum fuerit aliquod tale delictum prohibeat, et maxime quaecunque in ordinationibus curialium vel officialium interdicta sunt: nuntiet autem etiam nobis ut decens super eis imponatur correctio. Utatur quoque praeceptis ad clarissimos provinciarum iudices ut et ipsi quae fiunt inspicientes non permittant aliquid extra hoc quod a nobis constitutum est fieri: imminebit enim eis et poena quinque librarum auri si quidem et ipsi praevaricari videntes non denuntiaverint aut sedi tuae aut imperio, ut undique decens ornatus ordinationis gradui conservetur. Scripta cum adiectione Dominico.“

not. 35. Ambros. *ἔγραψα καλάνδαις ἰαννουαρίαις ἰνδικτιῶνος ι´ ἐπὶ τῆς ὑπατείας βελισαρίου τε καὶ εὐτροπίου.*

p. 62 lin. 5 a f. Conieceram ὡς ἀλήτης εἰς δουλείαν. Sed Auth. Venetam lectionem firmat.

p. 63 not. 5. Auth. „ostendamus“.

p. 65 lin. 12. Verba λεγόμενοι καὶ in Ambr. et Auth. rectius desunt.

not. 9[a] i. e. cohortali.

p. 66 lin. 12 a f. Schöll coni. μοναστριῶν καὶ ἀσκητριῶν. Quod omnino probaverim.

p. 71 lin. 6. Ambros. addit θυρωροὺς οε΄, omittit autem verba καὶ centum — πυλωρῶν. An ex Novella Heraclii (Coll. I Nov. 22), quae LXXV πυλωροὺς esse vult?

lin. 12 lege τοσοῦτον, quod etiam Schöll ex Ambr. Auth. Bas. recepit.

p. 76 lin. 15 lege ᾤετο, κατὰ ποίαν πρόφασιν — κατελίμπανεν; Ita Schöll optime auctoribus Ambr. et Auth.

p. 78 lin. 9 a f. lege (cum Ambr.) ἁγιωτ. μεγάλης ἐκκλ. Similiter p. 79 lin. 8, p. 82 lin. 14 a fine.

p. 80 lin. 12 ἀνδρῶν ἢ γυναικῶν Schöll ex Ambr. et Auth. Recte.

p. 81 lin. 7 a f. τοιαύτης?

p. 83 lin. 2. Cf. l. 24 §. 5 Cod. de SS. eccles.

p. 85 lin. 9 a f. Ambros. ἢ πτωχείων ἢ ὅλως ἄλλων εὐαγῶν οἴκων, λαμβανέτω τοῦτο κατὰ κτλ. quocum Auth. facit. Sed Iulianus cum Ven. conspirat.

p. 88 lin. 7 a f. Cod. 1, 2, 21.

p. 90 lin. 10 a f. ἄσκησις legere suadent Iulian. Nomoc. Ecl. ad Proch. mut.

lin. 5 a f. τῷ λαβόντι scil. τὸ μοναστήριον i. e. emtori.

p. 91 lin. 2 αὐτοὺς abest ab Ambr. sed firmatur Auth.

lin. 19. Auth. et Nomoc. post οἰκονόμος ponunt verba ἢ ἡγούμενος eaque mox omittunt. Quod cum Schöllio praetulerim.

p. 92 lin. 11 τὸ πρᾶγμα τὸ παρὰ κτλ.?

lin. 10 a f. Ambros. ὡς κοινωφελῆ. Equidem coniecerim ὡς κοινωφελῆ ὄντα καὶ. Auth.: in communi utilitate.

p. 93 not. 27. Si XVII Kal. April. constitutio data

esset, ind. XII bene haberet. Forte tum ad Epiphanium Patriarcham directa fuit.

p. 95 lin. 19 Schöll coni. προσαποθήσεται. Quod probaverim.

p. 96 lin. 14. Paul. ad Timoth. I, 6, 10.

p. 99 lin. 22 lege αὐτοῖς, ut Schöll ex Flor.

p. 101 lin. 6 a f. Epanag. ἀμίσθως. Non male.

p. 102 not. 33. Vide infra not. 53.

p. 103 not. 38. Imo legerim ἴστω καὶ ἕως τῆς ἀρχῆς ἐφίσταται δίκας τῆς κλοπῆς ὑποστησόμενος. Verbum αἰτίαν tam Flor. quam Bas. omittunt.

p. 108 lin. 6 a f. Ante aut post καὶ lacunam esse suspicatur Schöll et coni. καὶ [μηδεμίαν ἀνάγκην εἶναι ἢ] λῃστ. Provocat autem ad Iulian c. XV c. 60 initio, cui adiungere poterat Theod. Nov. VIII §. 22. Equidem bene habere crediderim: ὥστε ἡμῖν μηδὲ — δεῖν — ἐκπέμπειν, nec opus esse coniectura, quam Ven. Flor. Auth. Bas. respuunt.

p. 110 lin. 15 lege οὗτος, ut est in Flor.

p. 112. lin. 4 dele τὸ, Flor. et Auth. secutus. Subintellegitur ὁ νόμος.

lin. 7 ὑμῖν pro ἡμῖν post Auth. et Hal. Schöllius recepit. Non male.

lin. penult. Eandem subscriptionem praestat Iulian. in editionibus Miraei et Haenelii; ed. Pithoei XVII Kal. April. habet.

p. 113 sqq. Omnino conferenda sunt, quae ad hunc recensum provinciarum Schöllius p. 85 not. 57 et p. 88 not. 3 monuit. Quamquam divisionum imperii, quales tum temporis fuerint, veram imaginem hac notitia repraesentari crediderim. Ubi ab aliis indicibus differt, eius causa esse videtur, quod Iustinianus in dioecesibus et provinciis ordinandis saepe multumque titubavit. (Caria et Lycia provinciis Thraciae iungenda erat post c. LII et Lyd. II, 28 sq. Quod ad Aegypti provincias attinet, nonnulla a Iustiniano mutata esse c. XCVI indicat.)

p. 125 lin. 2 qui primores in civitate sunt?

not. 88 quatenus et felicissimum nostrum avertant exercitum?

not. 90. Schöll coni. nec pati eos praesumere.

p. 126 lin. 12 a f. In Coll. const. eccles. est: Ut legum etc. (Vide Ath. ed. Heimb. p. 38 not. 12). Non ineleganter.

p. 130 lin. 6 lege τοῦτο secundum Ven. et Flor. οὗτος ab Hal. editum est.

p. 131 lin. 20 lege: tam Viminacium quam Recidiva, ut Schöll.

p. 132 ad not. 7[a]. Vulgata: „nulla communione ad eos" praestare videtur. Cf. in fine: nulla ... ad hoc communione servanda.

p. 143 lin. 4 a f. Lege περινοστεῖς, ut est in Ven. et Flor. περινοστοίης Hal. edidit et Schöll recepit.

p. 148 lin. 10 omnino legendum πράττει τε.

p. 149 lin. 8 a f. Schöll αὐτοῖς ex Flor. Auth. Bas.

p. 151 lin. 2 τι pro τε?

lin. 8 ἢ πρὸ? ita Ambros. Auth.

p. 152 lin. 3 lege κηρύγμασι secundum Flor. et Ambros.

p. 154 lin. 10 a f. Cf. Procop. bell. Goth. III, 27.

p. 158 lin. ult. adde: cf. etiam Bas. 60, 43, 4 schol. 1 et c. XXXV c. 3 §. 2.

p. 159 lin. 4 a f. Schöll ὥστε pro οὕτω coniicit. Non male.

p. 160 not. 24. Iun. habet etiam Auth.

p. 161 lin. 10 a f. Schöll Flor. secutus ἀρχῇ — ἐπιγραφομένῃ. Quod valde placet.

p. 166 not. 15. Praestat τάττοντα legere utpote quod propius ad lectionem Codicum accedit. Schöll ἔσται vel προστάξομεν excidisse putat.

p. 168 lin. 7 a f. Schöll coni. τὰ δημόσια. Vix recte.

p. 170 lin. 1 ἀνδρείας? Auth. tamen cum Ven. et Hal. facit.

p. 171 lin. 12 Hal. et Scr. πολεμικά. Omnino recte,

quicquid contradicat Schöll. Rebus civilibus (τὰ πολιτικὰ) opponuntur res militares (τὰ πολεμικὰ), neque vero res hostiles (τὰ πολέμια).

p. 175. lin. 9 dele articulum τῶν.

p. 176 lin. 19. πάντως?

p. 180 lin. 11. Schol. ad Iulian. ed. Haenel p. 183 „latina est constitutio ista.“

p. 181 not. 3ª tertiocerium?

p. 184 not. 1 Iulianus quoque omittit, idemque capitis 1 pr. summam non praestat.

p. 186 lin. 6 a fine et sqq. Equidem tamen Bienero et Heimbachio facile assentirem propterea quod hoc edictum tam in coll. 168 Novv. quam in Authentico nec non apud Iulianum inter medias constitutiones annorum 538 et 539 collocatum reperitur. Theodorus quidem refragatur, ita ut chronologia huius edicti ab auctoritate pendeat quam sive Theodoro tribueris sive librariis qui breviarium eius exaraverunt.

p. 188 lin. 2 a f. Iuliani Codices „Belis. v. c. cons.“ pro quo etiam ordo in Auth. facit.

p. 190. lin. 7 in praesenti necessariam tempore?

p. 193 lin. 19 πόλεμον pro πόλιν legerim, licet πόλιν etiam Auth. firmet. Sed cf. quae mox sequuntur: ἐκ πολέμου.

p. 197 lin. 9 dele ἤ.

lin. 13 προσηγορίαν? Auth. appellationem.

p. 204 lin. 19 post παλατίου verbum πέμπεσθαι vel simile quid supplendum est. Forte in anterioribus legendum διδομένας ἄγειν πρὸς, ubi καὶ abundat.

p. 205 lin. 9 a. f. De Iuliani lectione vide ed. Haenel p. 181*.

lin. 4 a f. ἡ σὴ μεγαλοπρέπεια magis Acacio apta est.

p. 207 not. 1 Repeatus apud Theophan. ed. Paris. p. 180. Videatur etiam Mansi concil. coll. VIII p. 841. 848. 858.

not. 1ª. Schöll: literis propriis, auctoritate nisus Codicis Vindobonensis.

p. 208 lin. 23 satis pro sic? (Schöll: sat.)

p. 210 not. 6*. Imo saluti, ut habet Schöll ex Cod. Vindob.

not. 7 Heimb. poterunt legere maluit. Schöll: non potest sacrosancta ecclesia.

p. 213 not. 5 Schöll quaedam excidisse suspicatur; nam Athan.: *πράξουσι τὰ λυσιτελοῦντα ταῖς πόλεσι πρὸς τὸν νόμον καὶ τὸ δίκαιον βλέποντες.* Sed Iulian. textum firmat.

p. 219 lin 4 adde: Extat in Ambros.

lin. 8 legerim *στατούτων.*

p. 220 lin. 18. Articulum *ἡ* Schöll deleri vult. Quod probaverim.

p. 221 ad not. 4 cf. c. LVI. — De temporis nota apud Iulian. videatur Haenelius ad cap. XLVIII editionis p. 174*.

p. 223 lin. 8 a f. *οἴονται* pro *οἷόν τε* coni. Schöll, omnino recte licet Ven. Flor. et Auth. adversentur.

p. 225 lin. 21 lege: *ἐστὶ γὰρ αὐτῇ δικ. ἴδ. καὶ τάξις,* licet Ven. et Flor. *αὕτη* scribunt.

p. 228 lin. 15 *ἀξίων* coni. Schöll. Ven. Flor. Auth. contra.

p. 230 not. 22. Iulian. XVI K. Oct.

p. 232 lin. 8 Ven. et Flor. *μετὰ,* sed *μεστὰ* Auth. habuit.

p. 233 lin. 9 *παρατρεπομένας?*

p. 249 lin. 20. Cf. Cod. 3, 28, 30—37.

p. 250 lin. 17. Cf. Cod. 6, 55, 9.

p. 251 not. 11. l. 10. 11. C. de nat. lib.

not. 12. l. 2. 8. 9. C. de nat. lib.

p. 252 lin. 2. Ven. *τελευτήσοι,* quod vix reiiciendum est.

p. 253 lin. 13. Ven. *τελευτήσοιεν,* de quo idem iudicium esto.

lin. 6 a f. Cf. Cod. 6, 20, 19. 20.

p. 255 lin. 2 *ἀπογραφήν?*

p. 256 lin. 20 *τὸ — καταβεβλημένον?*

p. 258 ad not. 4 Schöll laudat l. 11 C. de natur. lib.

p. 259 lin. 7 Auth. κατὰ omittit, idque deleri vult Hombergk.

lin. 12 legerim: τοὺς τρόπους, καὶ τὸν γάμον βεβαιώσειεν ὕστερον, καὶ γαμικὰ κτλ. Particulam δὲ post ὕστερον Basil. omittunt: Ven. Flor. Auth. tamen, ut est in contextu.

p. 266. lin. 5 a f. Schöll διὰ pro μηδὲ legi vult. Quod equidem non probaverim.

p. 268 not. 16 ἁλῶνται ferri potest.

not. 17. φορητῶν legendum secundum Ven. et Flor.

p. 269 lin. 15 ἀδωροτάτας cum Schöllio lege.

not. 21 παρέξει retinendum, quippe vel Florentino Codice firmatum.

not. 22 adde: cf. Thalelaei adnotat. ad Cod. 9, 27, 5.

p. 272 lin. 3 εἴ τι Schöll duce Auth.

lin. 17 τὰ πολιτικά?

p. 276 lin. 6 dele καὶ ante Βανδίλους.

p. 280 not. 20. Etiam Flor. ἅπερ, quod proinde retinendum est.

p. 283 lin. 6 a f. ταὐτά?

p. 284 lin. 7. Ven. μετέχει, quod retinendum fuit.

not. 7. Cf. Cod. 12, 5, 2 cum comment. Cuiacii.

p. 286 lin. 10. Hombergkii coniecturam ἐπὶ pro ἐκ legentis probat Schöll.

lin. 16 verba εἴτε ἐκ παρακομπῆς deleri vult Heimbach, Schöll aut haec verba aut mox lin. 18 sq. εἴτε — τῆς σῆς delenda esse censet, et in fine capitis 7 post σχῆμα colon, et post ἐθεσπίσαμεν comma ponit. Emendatione sane opus est.

p. 287 lin. 6. Auth. „tua celsitudo omnibus faciat manifesta edictis destinatis a se ut omnes cognoscant quae nobis sunt placita."

not. 21. Auth. X Kal.

lin. 7 a f. Schöll pro ὀνομάζουσιν legit νομίζουσιν. Ven. Flor. Auth. contra.

p. 288 lin. 4 a f. Ad c. 2 conferatur c. XXXIV c. 1.

p. 292 lin. 5. Ven. ἐκ τῶν παίδων, quae lectio ferri potest.
lin. 13 a f. τῷ ante πολιτ. in Flor. rectius deest.
lin. 9 a f. Ven. θεάσθω habet, quod retinendum fuit.
p. 294 ad not. 11 citetur c. XIII c. 5.
p. 295 lin. 16. Articulus ὁ ante ἀνὴρ in Ven. deest. Quod ferri potest.
p. 296 lin. 12. Cf. Dig. 28, 3, 65. 6.
lin. 9 a f. Cf. Dig. 35, 1, 59 §. 1. 50, 17, 209.
p. 300 lin. 13 εἰ καὶ pro ἢ καί.
not. 25 δείξειε π. τ. σ. αὐτήν?
p. 301 not. 29 Veneta lectio retinenda fuit.
p. 302 lin. 20 καθ' αὑτὸν? Scr. καθ' αὑτοῦ. Hal. καθ' ἑαυτοῦ. Bas. δι' ἑαυτοῦ. Schöll: καθ' ἑαυτόν.
p. 303 lin. 16 τῷ mihi suspectum est. Aut εἰς τὸ aut τοῦ legerim.
ad not. 35[a]. Theod. ἀναγκάζεται ὁ ἀλόγως λύων τὸ ἄπροικον συνοικέσιον, εἰ μὲν ἀνήρ ἐστιν, ἐνιαυτὸν ποιῆσαι πρὸ τοῦ δευτερογαμῆσαι. Nec tamen quicquam excidisse ex Auth. Iulian. Athan. intellegitur.
p. 306 lin. 6 οὐδὲν? Auth. nihil.
p. 307 lin. 5 a f. ad φυλάξαιεν supplendum vel subintellegendum τοὺς προτέρους.
p. 309 lin. 18. Basil. 28, 14 in Cod. Laur. μὴ omittunt. Similiter Synopsis Δ, 6, 2 πλὴν εἰ βούλεται — ποινῶν, τοῖς ἐκ τοῦ προτέρου — περιουσίας παρέξει μοῖραν κτλ. Sed nihil mutandum; oratio enim sic procedit: πλὴν εἰ μὴ βούλεται δωρουμένη κτλ. ἔχειν τὴν ὠφέλειαν.
p. 313 not. 61 adde: c. 2 sive constitutio tituli Codicis de sec. nupt. deperdita.
p. 316 not. 73 adde: et supra c. 18.
p. 322 lin. 2 προειληφυίαις cum Hal. Bas. legendum.
p. 326 lin. 2 a fine: deperdita est; illa nimirum infra laudatur (κατὰ τὸν ἡμέτερον νόμον), hic autem indicatur const. X c. 4, quae etc.
p. 328 not. 99[a] adde: ut supra c. X c. 4.
p. 329 lin. 17 ἐπὶ ταῖς?

p. 332 lin. 2 a fine ad verbum *προσθεῖναι* subintellege *δίκαιον ἂν εἴη*.

p. 337 lin. 4 lege *πρὸ τοῦ πρωτοτύπου κατὰ τοῦ μανδάτωρος*, et lin. 10 similiter. Epit. inc. *πρὸ τῶν πρωτοτύπων ἐνάγεσθαι*. Ath. *πρὸ τῆς κατ' αὐτοῦ* (scil. *τοῦ πρωτοτύπου*) *μεθοδείας*.

p. 340 ad not. 14 adde: nisi forte paulo ante *ὑποθήκης* pro *ὑπαρχόντων* legendum sit.

p. 341 lin. 13 *τὸ ἐπὶ τόκ. συμβ*?

ad not. 19[a] adde: Basil. *αὐτός*.

p. 343 lin. 15 *καθισταίη*?

p. 345 lin. 7 dele *τὸ*, quod temere Hal. intrudit.

lin. 25. *εὐσχήμονος*?

p. 347 lin. 7 lege *τούτων*.

p. 351 in f. not. 3 adde: imo *τὰ οἰκήματα* venduntur pretio tali quale efficitur si *τὰ στεγονόμια* i. e. pensiones quinquaginta annorum addendo computes. Cf. c. CXLVIII c. 9.

p. 353 lin. 1 *καὶ* delendum esse videtur, nisi *δηλούμενα* post *ἰδικοῦ* supplere malueris.

lin. ult. Plura de hoc *ὑπάρχῳ σκυθίας* apud Lyd. II, 28 sq.

p. 356 lin. 10. Hal. *κατησφαλισάμεθα*.

p. 357 lin. 3 seq. Cf. c. LV c. 2 §. 2.

p. 358 lin. 17 *αὐτῷ*?

lin. 15 a f. sqq. Cf. c. LV c. 2 §. 2.

lin. 9 a f. *τὰς πολιτείας*? Sed p. 366 lin. 11 a f. similiter *τῆς πολιτ*.

p. 365 lin. 19 post *διάταξις* comma ponatur, ut c. 2 oratio procedat. Nam illi *ἔχοντος μὲν* respondet c. 2 *πλὴν ἀλλ'*.

p. 366 lin. 18. Cf. c. LIII c. 2.

lin. 6 a f. Cf. c. LIII c. 1.

p. 367 lin. 6. Cf. c. LIII c. 3.

lin. 16. Iam non versionem esse crediderim, quae in actis concilii quinti exhibetur, sed constitutionem etiam latine in concilio propositam fuisse.

not. 8 praeter c. LIV etiam c. LIII laudanda erat.

p. 370 not. 9 *εἰς ἓν τυπ.* omnino legendum.

not. 12. 13. Veneta lectio retinenda fuit.

p. 374 lin. 2. Apud Mansi additur: Divina subscriptio: Divinitas te servet per multos annos, sancte ac religiose pater.

p. 377 lin. 6 *γενομένους*?

p. 378 not. 1. Imo videtur haec pragmatica sanctio tam ad Tribonianum quam ad Praefectum urbi directa esse. Vide not. 1 ad c. C.

p. 383 not. 16 delenda est.

p. 384 lin. 2. Epitome cit. intercalat §: *Καὶ μερικαὶ τῶν τόκων καταβολαὶ φθάσασαι τὸ διπλοῦν τοῦ χρέους σβεννύουσιν αὐτό.* Haec tamen ex const. II sive XX sumta esse et ex margine irrepsisse videntur.

not. 17 *εἰ μὲν ἐκεῖνοι.*

not. 19 *ἀγνωμονοῦντες τὰ πάκτα*?

not. 20 dele verba „vide not. 16".

p. 386 lin. 10 adde *σὲ* post *θεσπίζομεν.*

p. 387 lin. 12 dele *τῆς.*

p. 390 not. 9 Schöll *διὰ τὸ*, quod praestat.

p. 394 lin. 6 forte *ταύτης* (scil. *τῆς στατίονος*) pro *τούτου* legendum. Sed Auth: hac causa.

lin. 13. Ven. *περί.*

p. 398 lin. 6 *ὀρθόδοξον*?

p. 403 lin. 11 *ἐν τοῖς περάμασι*? cf. p. 231 lin. 23. Unde in Auth. interpres non expressit. Cf. ed. Heimb. II p. 482.

p. 416 lin. 8 a f. Schöll comma ponit post *ἐκδημῆσαι* et *ταύτην* ad sequentia trahit. Recte: ut proinde not. 5 delenda sit.

p. 423 lin. 18 *οἵπερ*? quamquam *εἴπερ* Auth. firmatur.

not. 3 adde: forte paulo ante scribendum *ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ἐκπ.* et hic *αὐτὰ* pro *αὐτάς.*

not. 6 adde: me quidem iudice lacuna statuenda est post verba *πρὸς ἕτερον σεβάσμιον οἶκον.*

p. 427 lin. 3 comma post *γράμμασιν* et not. 4 verba „imo crediderim" delenda sunt. Nempe oratio sic procedit: *εἰ κελευσθείη, τὸν δικαστὴν τοιοῦτό τι πρᾶξαι.*

p. 433 ad not. 2 adde: LXX.
p. 439 ad not. 2 Auth. anno II ind. 1.
p. 441 lin. 21 κινδυνεύσεις?
p. 447 not. 12ª lege τὸ αὐτῷ πρ. ὑπηρετοῦν?
p. 448 lin. 16 ἢ καὶ?

p. 449 lin. 3 pro his εἴγε ἑνὸς μόνου, quae sensu plane carent, omnino legendum εἰκονισμένου, ut de novo feretro picturis sive sculpturis ornando sermo sit. Quamquam etiam Auth. cum Ven. et Hal. facit.

ad. not. 19ª adde: etiam Auth. decanis. malui tamen Hal. sequi. mox legerim διὰ vel εἰς τὰς κλίνας.

p. 459 lin. 21 κρατεῖ?
p. 461 lin. 6 a fine: opera?
p. 464 lin. 5 lege: consedentes.
lin. 15 hac constitutione — valitura?
ad not. 5 adde: forte sublimis.
p. 465 lin. 2 a f. generetur?
p. 473 lin. 9 ἅμα δὴ?
p. 474 lin. 10 Auth.: praefecto praetorio Orientis.

p. 481 not. 4 adde: nisi per graecismum pro ἀπαγορεύομεν dictum sit.

p. 482 lin. 16 deditae?
p. 495 lin. 4 a f. ἀδικίαν pro ἀπορίαν?
p. 499 lin. 11 a f. ταύτῃ θεραπείαν γενομένην?
p. 502 lin 7 τιμὴν pro τύχην legerim.

p. 505 lin. 4 θαυμαστοὶ omnino suspectum est. Auth. administrantibus (admirantibus?) curatoribus. Coniicias: ἔνθα ἐθαυμάσθη (sive ἔνθα ἦν θαῦμα) ὅτι κηδεμόνες.

lin. 18 κύριος αὐτοῦ? scil. τοῦ ἀντιδίκου.
lin. 7 a fine προφανῶς cum Hal. lege. Cf. not. 5. 7.
ad. not. 1ª adde: forte ἄγχι γινόμενος.
p. 506 lin. 10 αὐτὸς?
p. 510 lin. 5 a f. αὐτῆς scil. τῆς πίστεως?
p. 512 lin. 6 legerim cum Hal. ἐπὶ pro ἐν.
p. 513 lin. 3 ad αὐταῖς subintellege ταῖς γραφαῖς.

p. 513 lin 6 a f. forte νομίσειαν, nam ex cap. 6 subintellegendi sunt οἱ δικάζοντες.

p. 515 lin. 16. Cf. l. 20 C. 4, 21.

p. 516 lin. 8 a f. τῶν in Ven. deest: supplevi ex Hal.

p. 525 lin. 19 γένοιντο?

p. 526 lin. 13 post ὑπάτων adde ὑπάτῳ ὀρδιναρίῳ.

p. 530 lin. 7 a f. post ἔχει aut post μόνῳ lacunam statuas necesse est.

p. 531 lin. 13 lege τὸν τοῦ ἐνδοξοτάτου καὶ ἀνδρειοτάτου στρατηγοῦ τῶν πραισενταλίων, τόν τε τῶν τῆς Ἑῴας καὶ ἀδρ.

lin. 22 ταττόμενοι legendum.

p. 532 not. 11. Nisi forte comma post πρόσρημα et punctum post κρίσεων ponendum sit.

p. 533 lin. 7 lege πλοίοις.

p. 534 lin. 5 ὡς ἂν αὐτοῖς?

lin. 5 a f. trium vel quatuor.

p. 535 lin. 20. Deest verbum, quod ad μηδὲν pertineat; forte μὴ δεινόν.

p. 536 lin. 6 a f. τῶν δημοσίων legendum.

p. 538 lin. 17 lege πρὸς τῷ.

lin. 27 malim ἀρχιεπισκόπου legere.

ad not. 30 forte οὐκ ἔσται κυρία.

p. 539 lin. 15 παντὸς?

p. 540 lin. 8. Videsis c. XXXI pr.

ad not. 35. Quid? si legamus αὐτοί.

p. 541 ad not. 39. Infra c. 20: ἡμεῖς .. ὁμοίαν καὶ ἐπ' αὐτοῖς φροντίδα ποιούμεθα.

p. 542 lin. 19 sqq. Cf. Cod. 1, 37, 2.

p. 545 ad not. 62 adde: similia his quae leguntur in fine c. 12.

ad not. 64. Estne idem, quem Marinum vocat Lydus?

p. 546 lin. 20 καὶ abundat.

p. 550 lin. 21 lege τῆς Λιβύων.

p. 551 ad not. 97 cf. supra c. 17.

p. 552 ad not. 105[a] vide supra c. 11 §. 3.

ad. not. 107[a] lege τῆς πρώτης. Cf. c. 18 §. 1.

p. 554 not. 113[b] lege *ὑπερβαίνοντας* scil. *αὐτὸν καὶ τοὺς ἐπιχωρίους ἄρχοντας.*

p. 558 lin. 3 *τὸ μὴ μέχρι νῦν γενόμενον?*

lin. 14 *τοῖς οὕτω γεν?*

ad not. 129 adde: nisi forte lateat in verbo *κόμης.*

p. 559 lin. 2 sq. (et ad not. 137) lege *καὶ παγάρχων καὶ πολιτευομένων.* Cf. not. 49.

lin. 5 *χειριζόντων. ὃς* (scil. dux) *ἕξει παῤῥ. καὶ ἀγ. πρὸς ἑαυτὸν καὶ εἰς ἑτέρας ἐπαρχίας οἰκοῦντας?* Cf. c. 12 §. 1.

Notanda ad P. II.

p. 4. lin. 11 a f. Cf. l. 4 C. 6, 4.

ad not. 3. Veneta lectio non erat cur reiiceretur.

p. 7 not. 4[a] delenda est.

p. 8 not. 6. Equidem *δηλοῦται* vel simile quid addendum esse putaverim. Hal. autem verba *κἂν* — *νόμῳ* omittit.

p. 10 lin. 7. Infra c. CXLVIII c. 1 et 6 est *τῆς αὐτῆς περιοικίδος.*

lin. 4 a f. forte *τὶ ἔχοι.* Nam Auth.: habuerit causam.

not. 4[a] lege *οἱ δέ γε πρ.*

p. 13 ad not. 6. Sed et Auth. disponentes.

p. 14 ad not. 7 adde: nam *δὲ*, quod praecedenti *μὲν* respondeat, infra demum c. 5 §. 1 sequitur his verbis: *τοὺς δέ γε βεβλαμμ.*

p. 24 lin. 6 *τῶν εἰς ἀνδράσιν ἀφωρισμένα?*

ad not. 29 adde: nisi *αὑτὸν* (i. e. per semet ipsum, non per alios) legere malueris.

p. 26 ad not. 33[a]. Auth. peccatum.

p. 32 ad not. 11. Ven. lectio bene habet.

p. 33. Io. Lyd. 3, 65 in fine narrat: Ioannes PP. *δικαστὰς προβάλλεται ἐπὶ τῆς βασιλέως στοᾶς, ὥστε ἐκείνων τῶν ἐπὶ χρήμασι δικῶν ἀκροωμένων αὐτὸν ἀγρυπνεῖν.*

p. 34 lin. 10 *καὶ* ante *χωρὶς* delendum esse videtur.

p. 53 lin. 13 ἐντιθέναι rectius Hal.

p. 61 lin. 12 a f. ταῦτα scil. τὰ ὅπλα.

p. 61 not. 2. Auth. vapulat: conferas enim § 1 τοὺς πεμπομένους παρὰ τῆς σῆς ὑπεροχῆς. Si ἀφοριζόντων legas, subintellegendum τῶν παραληψομένων κτλ. Caeterum Iulian.: Oportet ... magistrum officiorum quinque chartularios de scrinio fabricae deputare ... primates scrinii.

p. 62 lin. 11. Ratio postulat ut officio praesidis poena V librarum auri immineat: itaque post τάξεις lacunam statuas necesse est, licet nec Auth. nec Iulian. eius vestigium indicent. Caeterum Athan. etiam fabricensibus poenam irrogatam esse auctor est.

p. 65 lin. 12 a f. ἄλλος?

ad not. 8[a]. An ἀπαιτουμένῳ?

p. 67 lin. 5 ταῦτα?

p. 71 lin. 13 οἱ ἄνθρωποι? Caeterum Scr. cum Hal. ἀγνωμ. Ven. autem cum Bas. εὐγν.

p. 75 lin. 9 Cf. c. XCIV.

p. 76 lin. 10. Cf. l. 3 C. de natur. lib. Caeterum Veneta lectio ὑπήρχθη pro ὑπῆρχεν non est cur reiiciatur.

p. 78 lin. 6 ὥρμηνται (suadente Auth.)?

lin. 10 οὗτος? quod habet Hal. et firmat Auth.

lin. 9 a f. Hal. quem sequitur Scr. δυνάμενος.

p. 79 not. 16[a]. Auth. vertit „extraneae" (extra eum? quasi in graeco fuerit δίχα ταύτης). forte τριπλῇ vel τριχῇ.

p. 83 ad not. 22 adde: nam constitutio eius argumenti non extat.

p. 84 ad not. 23 cf. c. XCIV c. 1.

p. 88 lin. 11 προσήκει, τοῖς διατιθεμένοις ἄδεια? Auth. testatori.

p. 89 lin. 9 ἐγγράφως?

not. 37. Haec §. et §. 5 sequens repetitae sunt ex c. XLII c. 5. Inde Venetam lectionem ad not. 38 et 39 emendavi.

p. 91 lin. 13 f. ad verba πρότερον μὲν notes, desiderari in sequentibus δὲ quod istis respondeat. Me qui-

dem iudice lacuna est tam in graecis quam in Auth. Fortasse integra linea in prototypo excidit, v. c. *πρότερον μὲν [ποικίλως τοῦτο ἐτεθεμάτιστο, ἡμεῖς δὲ ἁπλὸν κανόνα προτίθεμεν. καὶ] γὰρ πᾶς κτλ.*

p. 94 lin. 5. Cf. Cod. 4, 20, 18.

p. 95 lin. 1 *ἄγραφος — διὰ τῶν μαρτ. ἀπόδειξις*? Ita legere suadet Auth.

p. 96 lin. 3 a f. Bas. *τῶν μαρτύρων τῶν προτέρων.* Pro *φανερῶν τούτων* propter praecedens *τὶ* legerim *φανεροῦ τούτου.* Mox Auth. *διὰ τῆς αὐτῶν μαρτ.* legisse videtur.

p. 97 ad not. 8. Forte *ταύταις βούλεσθαι προσθεῖναι.* Si cum Hal. *ταῦτα* legeris, profecto *προθεῖναι* scribendum erit.

p. 101 lin. 17. Verba *καὶ τῶν μαρτυρούντων* non satis apte intruduntur: nam in praecedentibus de iureiurando a testibus praestando nec vola nec vestigium.

p. 111 lin. 12 *πολλάς*?

p. 114 lin. 6 *αὐτοῖς*? (Hal. *αὐτῆς*)

p. 118 lin. 8 a f. Schol. 1 ad Bas. 41, 7, 12 *τὰς πολλάς.* Non ineleganter, si modo *κινουμένας* legeris. Auth.: plurimas — motas. Sed Ath. Theod. *τὰ πολλὰ* firmant.

p. 119 lin. 23 sqq. fortasse legendum: *λόγος, ἢ εἴπερ μὴ ἐμπ. — — καθεστώσης. ἢ καταγέλαστος κτλ.*

lin. 8 a f. Hal. *ἐπιδεδομένων,* quod recepit Scr.

p. 121 ad not. 12 *ἔχει* ferri potest, quippe *ἵνα* cum indicativo saepius in Novellis usurpatur. Caeterum coniiciat aliquis legendum esse *ἔνθα — ἔχει.*

p. 123 lin. 8 a f. *προγενέστερα* scil. *τὰ χρέη.* Hal. *προγενέστερον τὸ τῆς πρὸ γ. δ.* In alia omnia abit Heimbach *'Ανέκδ.* to. I p. XCI.

p. 124 not. 22 manifesto aliquid excidit quod ab *ὥστε* regatur, veluti *ἔχειν τὴν ἀπαίτησιν.*

p. 126 lin. 6. Cf. c. CXX c. 1.

p. 130 ad not. 3[a]. Auth. qui in solis filiis legitimis moriuntur: unde Homb. *τελευτῶντας* scribi vult. Sed sensus est: Quodsi binubus lucra liberis prioris matrimonii

servare debet, cur non et is, qui his liberis solis contentus est, similiter lucra servet?

p. 134 lin. 16 *τύχοιεν*?

p. 138 lin. 17 *τεσσαρεσκαιδεκάτῳ ἐνιαυτῷ*? ita Auth. legit. Caeterum comma post *πατρὸς* delendum et post *ἐνιαυτῷ* collocandum est.

lin. 3 a f. *ὅστις*?

p. 141 lin. 13 *ἐπὶ τοῖς θαλ.*?

p. 147 lin. 9 a f. *ὁμολογήσει* est in Cod. Ambros. Epitomae.

p. 153 lin. 6 ad *παντοίως* cf. p. 155 not. 10.

p. 157 post lin. 2 forte addenda erat rubrica *Περὶ τοῦ χρόνου τῶν ἁρμοζουσῶν ἀγωγῶν τοῖς εὐαγέσι τόποις*, quam Ven. et Flor. praestant, licet proprie ad Theodori summam pertineat. — Caeterum Athanasio, Anonymo (Basil. ed. Heimbach II p. 480), Theodoro textus latinus ob oculos fuit, non graecus.

p. 158 lin. 7 post *ἠπλώθησαν* comma ponendum et mox *καὶ* delendum esse crediderim.

lin. 8 *προελθεῖν*?

p. 161 ad not. 16 Iulian. c. 8: consulatu Basilii.

p. 163 lin. 8 a f. litigantium?

p. 174 lin. 13 et not. 15 legerim: sanctam.

p. 175 lin. 7 Athan. verba initialia latina habet sic: Nostra serenitas.

lin. 17. Heimbach legi vult: quocunque iudicio. Ego malim: cuiuscunque iudicis.

p. 180 lin. 12 *περὶ πάντως*? Theod. paulo ante *γνώσεως* pro *γνώμης*.

p. 186 not. 12 Veneta lectio retinenda fuit.

p. 187 lin. 13. Epitome: *αὐτοῦ φρ. αὐτοῦ*. Non male.

lin. 10 a f. post *διαθήκῃ* Proch. addit *ἢ καὶ μή*, Epit. *εἴτε καὶ μή*. Quod non improbaverim.

p. 196 lin. 19 *ἐποφειλόμενον*?

p. 197 lin. 13 ne legeris *Ἀφρικανός*. Nam et celeberrima illa inscriptio Trapezuntina *Ἀφρικὸς* habet. Cf.

Reise in den Orient p. 312. Infra tamen c. CLXVI. CLXXIV est *'Αφρικανός*.

ad not. 26. Auth: nostri numinis generalem constitutionem edictis.

ad not. 1· *Ιουλιανὸν ἀντιγραφέα* ind. XI habet Malalas ed. Ven. in Iustiniano p. 83.

p. 198 lin. 21 *ἱκετῶν* lege pro *οἰκετῶν*.

p. 199 ad not. 6 legerim *ἀλλὰ μὴ δυνηθείη κτλ.*

ad not. 17 instrumenta quasi publica innui videntur.

p. 200 lin. 7 a f. lege: sed testium subscriptione firmatas. In fine not. 9 adde: cf. c. 8 §. 1 *τῆς δεούσης ἐπικουρίας*· possis etiam legere *ἐνδούσης*.

not. 13. Const. XI non videtur significari, nec de c. CLXVII c. 1 cogitari potest.

p. 201 lin. 13 *ὁποίαν*? scil. *προνομίαν*.

p. 202 lin. 21 *δεδομένοις*? ita Scr.

p. 205 lin. 11 a f. Auth. interpres videtur legisse: *εἰς ἀσφάλειαν — — ἄρχεται κατάστασις*.

ad not. 1. Auth: Theodoto PP.

p. 208 not. 3 dele verba: quod forte praestat.

p. 209 not. 3 lege Anticus Alanicus.

p. 210 not. 8 delenda est.

p. 211 not. 1 Auth. simpliciter habet Theodoto PP.

p. 216 not. 14ª dele verba: quamquam et quae sequuntur.

p. 218 not. 14ᵇ delenda est.

p. 222 not. 27 Veneta lectio retinenda fuit.

p. 224 lin. 12 colon post *διορίζομεν* ponendum est, quia quod cap. 14 pergitur *εἰ δὲ*, pertinet ad ea quae praecedunt *τὰς εἰρημένας μὲν κτλ.*

p. 227 lin. 12 *μιττευέτω*.

p. 232 not. 9 Venetam lectionem quae etiam Haloandri est, ne mutes. Vide enim quae supra ad p. 121 notavi.

p. 245 lin. 6 *κελεύσομεν*?

p. 247 lin. 2 *ὡς προείρηται* i. e. *τῷ λαμβάνοντι καὶ ἄλλαις δύο διαδοχαῖς*.

p. 249 lin. 13 *ἐγγραφομένου*? Iulian. inscripto.

p. 250 lin. ult. adde: Nimirum ex antecedentibus ad *τῶν προεστώτων* trahenda sunt verba *κατὰ γνώμην*.

p. 252 not. 18. Videtur igitur legendum esse *παρὰ μητροπολιτῶν ἐπισκόπων*.

p. 254 ad not. 26. Florentina lectio praestare videtur.

p. 256 lin. 2 *περαιώσειν*?

p. 259 ad not. 39 adde: sed in Codice Taurinensi eius Collectionis est VII Id. Mai

p. 261 lin. 9 a f. *αὐτῶν*? scil. *τῶν συνθηκῶν*.

p. 266 lin. 3 post *πόλει* nonnulla videntur deesse. Auth. tamen firmat Ven. et Hal.

lin. 21. Cf. infra not. 31[a].

p. 268 lin. 3. *Κατὰ τὸν ὅμ. τρόπον*?

p. 274 lin. 7 a f. ad verba *εἰ δέ τις* nota: scilicet *τῶν αἱρετικῶν*?

p. 277 lin. 1 *ἄλλῳ οἱῳδήποτε ὀνόματι*?

p. 279 ad not. 12 adde: quae lectio defendi potest.

p. 289 not. 5. Licet Veneta lectio ferri possit, tamen propter sequens *τὸ πρόσωπον* praestare videtur lectio *τινὶ*, ut est apud Hal. et ut firmat Auth.

p. 291 not. 8. Veneta lectio non est cur reiiciatur.

p. 294 lin. 1. Particulae huius Novellae (ex Coll. 87 capitulorum et Athanasio) sub Epiphanii patriarchae nomine leguntur apud Pitra eccl. gr. mon. II p. 199.

p. 300 lin. 2 *καὶ βουλευτικῆς τύχης*?

lin. 4 pone colon post *χειροτονηθείη*. Praedictam observationem intellige eam, quae cap. 1 in fine principii statuta est.

p. 303 not. 23. Etiam Basil. Venetam lectionem firmant. Athan. vero et incertus epitomator verba *παρὰ τῶν ἱερέων* non habuisse videntur, eaque desunt in Epanagoge et Harmenop. Append. IV, 17.

p. 305 ad not. 29. Apud Theod. Nov. 123 § 30 legendum *λ'*, quam lectionem praestat Ecloga lib. I—X Basilicorum. Etiam apud Pitra l. c. legitur *τριάκοντα*.

p. 307 ad not. 32[a] adde: nisi de servis et adscriptitiis imperator cogitaverit.

p. 309 lin. 14 *θειότατος* insolita appellatio episcopi est. Ni Ven. Hal. Bas. in ea consentiant, legendum coniecerim *ἁγιώτατος* vel *ὁσιώτατος*. In Auth. est sanctissimus.

p. 311 not. 46 Veneta lectio retinenda fuit.

p. 314 not. 52. Ven. et Hal. *τοῖς θείοις*, quae lectio quodammodo firmatur Athan. et Theod. Sed desunt haec verba in Coll. 87 capp. et in Bas. et glossema sane sapiunt. Auth. (et similiter Iul.): qui a nobis deputati fuerint iudices.

p. 328 lin. 9 *εἰς τὴν πρώτην εἴσοδον*? Iulian. in primo introitu. Athan. *ἐν τῇ πρώτῃ συνόδῳ*. Cf. Cuiac. Obss. 18, 36.

p. 329 ad not. 1 adde: Auth. Bassum habet.

p. 331 not. 8. Ven. lectio *δοκεῖ* defendi potest.

p. 332 not. 1. Auth. in Codice Vindob. inscribit Eugenio.

p. 334 not. 6b potius *ὅντινα δὲ ἂν* legerim.

p. 338 lin. 10 a f. *μὲν τὸ* pro *μέντοι*?

p. 341 lin. 17 legendum: Germanicus Anticus Alanicus etc. ut inscriptio plena sit.

p. 341 not. 4 Codicis lectio retinenda fuit.

p. 347 not. 4. Athan. in Leunclav. Not. p. 247 *ἰταλῆς*, in editione Heimbach. *ἰταλικῆς*.

p. 356 lin. 13 sqq. legerim: vel etiam heredibus eius, si forte ille fatale munus subiit, restitui, ut etc.

p. 361 lin. 5 iure manentibus?

lin. 9 sq. Quid intersit inter filios et natos ex tali coniugio non facile dixeris. Fortasse vitium in verbo tali latet, ut sermo sit de coniugio, quod coniuges tenere noluerint.

p. 364 not. 22 Codicum lectio bene habet.

p. 375 not. 2. Musonius P. U. occurrit etiam apud Malalam in Iustiniano p. 81 ed. Ven.

p. 387 not. 28a. Nempe partim ad Musonium P. U. (*κατὰ ταύτην — προθεῖναι*) partim (*στεῖλαι κτλ.*) ad Petrum etc.

p. 390 lin. 15 videtur legendum esse: Iustinianus

Alamannicus Goth. Franc. Germ. Anticus Alanicus Guandal. etc. Quamquam in inscriptione constitutionis CLXXIV similiter epitheta Anticus Alanicus omittuntur. Cf. etiam inscriptiones c. CXL. CLX.

p. 394 lin. 9 ad verba *πρὸ φανεροῦ χρόνου* cf. Procop. bell. Goth. IV, 3.

ad not. 1. Marthanius comes domesticorum circa a 550 occurrit in Mansi Coll. concil. IX p. 149. 274.

p. 395 lin. 3 a fine post ante inseratur parenthesis: (i. e. ante annum 558 ind. 7)

p. 396 not. 9 forte *ἢ οἱονδήποτε εἶδος συναλλάγματος*.

p. 398 lin. 5 *ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως*?

p. 399 not. 10 Veneta lectio retinenda est.

p. 400 lin. 7 a f. *περὶ τοὺς*?

p. 401 lin. 16 ad *ὑποτίθεμεν* subintellege *αὐτούς*.

lin. 19 supple *νῦν παρὰ Ἀλεξ.*

lin. 21 *πραιποσίτῳ*?

p. 402 lin. 1 *ταῖς τάξεσιν*?

p. 403. Haec constitutio reperitur in Auth. c. 132 Areobindae inscripta sine subscriptione, et praeterea in appendice Codicum Iuliani Leoni inscripta cum subscriptione, qualis infra exhibetur. Ego minus recte cum inscriptione Areobindae hanc subscriptionem coniunxi, rectius facturus si hoc loco tam inscriptionem, qualem Codices Iuliani not. 1 laudati praestant, quam subscriptionem eorundem repraesentassem. Caeterum in Codicibus not. 1 laudatis in fine sic est: „fuisset, Leo parens carissime atque amantissime. Quae igitur — — praecipiat. Vale Leo parens carissime atque amantissime. Data est XII Kal. Iun.“ (in Utinensi est Iul.) „imp. DN. Iustiniani anno XXXVII (al. XXXVI) p. c. Basilii v. c. anno XXII.“ cf. Biener Gesch. d. Novv. p. 526, Auth. ed. Heimb. p. 1304, et quae supra ad P. I. pag. IV lin. 18 disputavi de chronologia huius constitutionis.

lin. 16. Cod. Paris. 4568: et alios, quod praetulerim.

p. 404 lin. 6. Idem Cod: illud — adiectum est.
lin. 12. Idem: deport. praec. exilio.
lin. 21. Idem: poenae exilii.
lin. 4 a f. Idem: hereditatem accedere.
p. 405 lin. 10. Idem: atque pro nec non.
p. 414 lin. 7. In Cod. Taurinensi Colllectionis XXV capp. est anno XXXVII post cons. Basilii v. c. anno XXIII.

Typorum vitia.

In P. I.

p. VIII lin. 10 *σὺν*
lin. 17 *ὁδηγ.*
p. IX lin. 9 a fine: praesertim
p. XIV lin. 12 Novellas
p. 1 lin. 7 a f. *παισὶν*
p. 13 lin. 2 Bas. XXIII
lin. 17 *νομὴν*
p. 14 lin. 14 dele comma post *καταθήσει.*
lin. 17 *πονηρὸς*
p. 18 lin. 16 *τινὸς*
p. 19 lin. 8. 9 commata post *ἔχειν* et *διατάξειεν* delenda sunt.
lin. 22 dele comma post *ἐνστάσεως*
p. 20 lin. 4. 11 dele commata.
p. 25 lin. 13 dele comma post *ἐπιδεῖν.*
p. 26 lin. 17 *ἐστὶν*
p. 30 lin. 10 a f. dele verba „IX vel“.
p. 31 lin. 18 *παιδὸς*
p. 32 lin. 19 *παιδὸς*
p. 33 lin. 5 a f. not. 33
p. 35 lin. 19 *κἂν*
lin. 3 a f. *πατρὶ*
p. 36 lin. 1 *ποινὰς*
p. 37 lin. 7. 13 *μητρὶ*
p. 42 lin. 11 *νενομοθετήσθω*
p. 45 lin. 1 *ἐπιμελομένη*
lin. 4 a f. *διατυπωθὲν*
p. 46 lin. 20 *ἐξ*
p. 48 lin. 7 *ἐκπεσὼν*
p. 52 lin. 17 *οὐδεμιᾷ*
p. 54 lin. 20 *παισὶν*
p. 57 lin. 22 *κληρικοὶ*
lin. 23 *λειτουργίαν*
p. 59 lin. 18 *σεμνὸς*
p. 60 lin. 4 *τῆς ἡμετ.*
p. 69 lin. 6 *ἔμενε*
p. 74 lin. 4 a f. *γινώσκουσαν*
p. 80 lin. 6 *Ἄφρων*
p. 92 lin. 15 *στρατιωτικοὶ*
p. 93 lin. 7 *ἐκ*
lin. 8 *ὑπηκόους* post *ὑμετέρους* excidit.
p. 98 lin. 16 dele *τὴν.*
p. 101 lin. 7 *χερσὶ*
lin. 15 colon post *γενήσεται* ponendum.
p. 109 lin. 4 *τό γε* ante *ἐπ' αὐτοῖς* excidit.
p. 110 lin. 2 comma delendum est.
p. 124 not. 84 post
p. 127 not. 5 rigorem?
p. 136 lin. 16 quem
p. 143 lin. 14 *νεμομένων*
p. 147 lin. 8 dele comma post Maii.
p. 151 lin. 10 a f. *γονὴν*
p. 158 lin. 5 a f. Hal.
p. 169 lin. 9 a f. *τὴν*
lin. ult. legerim
p. 191 lin. 2 a f. not. 1

p. 195 lin. 15 post parenthesin comma ponendum est.
p. 199 lin. 8 CP.
p. 203 lin. 7 ἔσται
p. 205 lin. ult. XLV
p. 207 lin. 17 sociatae
p. 210 lin. 7 earum
p. 211 lin. 11 violare
lin. 7 a f. φωνῇ
p. 214 lin. 5 ὑπάρχους
p. 217 lin. 5 αὐτοὺς
p. 218 lin. 10 a f. post πάντως excidit numerus notae 14.
p. 219 lin. 4 const. XXXI
p. 223 lin. 19 ἐπιμελομένης
p. 230 lin. 2 προστάξοιμεν
lin. 5 a f. εἶναι
p. 231 lin. 1 πολλοὶ
lin. 8 dele comma post πόλιν
p. 237 lin. penult. c. CLVIII
p. 248 lin. penult. textus post ὀφειλόμενοι punctum, lin. ult. post διαιρουμένου comma ponatur.
p. 252 lin. 2 τελευτήσοι
p. 254 lin. 18 πρός
p. 255 lin. 19 punctum post πειρωμένους ponendum.
p. 256 lin. 12 dele comma
p. 258 lin. 1 comma deleatur.
lin. 21 ποιήσοιτο
p. 263 lin. 20 διπλῇ
p. 264 lin. 16 φαμεν
p. 266 lin. 1 ἀλλὰ
p. 274 lin. ult. ἤτοι
p. 282 lin. 4 a f. τί
p. 283 lin. 10 a f. ποτε
p. 284 lin. 7 μετέχει
not. 6 const. XLIV
not. 9 et 10 c. XLV
p. 299 lin. 10 οὓς
lin. 25 ἃς
p. 300 lin. 4 dele comma post ὑποδεχόμενον.
p. 301 lin. 8 διαζεῦξαι
lin. 12 a f. comma post κερδῶν delendum est.
lin. 22 comma post κεκρατηκότι excidit.
p. 302 lin. 2 a f. προγαμιαίας
p. 303 lin. 11 dele comma post γάμος.
p. 306 lin. 13 comma ponatur post τελευτῷεν.
p. 311 lin. 9 a f. δωρεὰν
p. 318 lin. 7 a f. comma post δωρεῖσθαι ponatur.
p. 325 lin. 4 dele comma post βούλοιτο.
p. 332 lin. 11 a f. ἐκ
p. 333 lin. 6 a f. ἡμίσεος
p. 336 lin. 4 a f. (c. LIX)
p. 340 lin. 12 notae 19 signum post ἐπὶ ponendum fuit.
p. 343 lin. 6 a f. ἀποκαταστῆναι
p. 344 lin. 8 ἐπανιέναι
lin. 3 a f. 6, 43
p. 347 lin. 6 ἃς
p. 361 lin. 11 comma post τιμήσαιμεν ponatur, et signum interrogationis lin. 14 post καλεῖσθαι.
p. 371 lin. 10 χρόνῳ
p. 376 lin. 10 εἴ
p. 381 lin. 1 τόκους
p. 390 lin. 6 καινῷ
lin. 15 ἐργαστηρίων
p. 395 lin. 19 λαργιτιόνων
p. 397 not. 4 pertinet ad lin. 16 v. νενομοθέτηται
p. 398 lin. 10 a f. πολιτείας
p. 407 lin. 16 ἐλαττοῦντες
p. 415 lin 3 168 Novv.
p. 419 lin. 3 colon post γυναικὶ ponendum.
p. 420 lin. ult. Cod. 4, 10, 3
p. 422 lin. 1 σῇ
p. 428 lin. 8 dele comma.

p. 438 lin. 8 lege: et incertus epitomator in Nom. XIV titt. 1, 24.
lin. 18 πάσχουσι
p. 441 lin. 15 dele comma et pone post ἐσόμενοι.
p. 442 lin. 13 ἀεὶ
p. 446 lin. 5 post ἐγχειρ. colon ponendum fuit.
p. 448 lin. 13 διὰ
p. 453 lin. ult. 9, 19
p. 454 lin. 15 ἀνὰ
p. 467 lin. 5 τοῦ
p. 469 lin. 17 γε
p. 474 lin. 3 a f. ὑπατείαν
p. 475 lin. 16 quem
p. 485 lin. 3 a f. post ἔχει colon ponendum.
p. 487 lin. 13 τὸ
p. 489 lin. 16 ἀκοσμότεραι
p. 497 lin. 6 a f. post ἐπὶ χώρας verbum παραγενομένοις excidit.
p. 500 lin. 3 Ἰλλυριοῖς
p. 507 lin. 18 κακουργηθὲν commate deleto.
p. 508 lin. 3 dele comma post παντὸς.
p. 515 lin. 1 τὸν
p. 528 lin. 15 πρὸ
lin. 19 ὂν
lin. 3 a f. dele esse.
p. 536 lin. 7 τῶν ἂν —
p. 539 lin. 12 a f. κανόνα
p. 540 lin. 5 a f. emendat
p. 544 lin. penult. καθωσιωμένων
p. 545 lin. 2 ἐπιδιδομένων
p. 553 lin. 2 a f. 14 lineas
p. 556 not. 120[b] ὑπακούσονται?

In P. II.

p. 9 lin. 2 αὐτὸν
lin. 4 πρὸς
p. 11 lin. 8 κοιαίστωρος
p. 12 lin. 3 a f. Ven. quaetoros
p. 13 lin. 9 a f. comma deleatur.
p. 29 lin. 3 a f. ἀπίωνος
p. 30 lin. 10 dele comma post διανοούμενοι.
lin. 15 dele comma.
p. 37 lin. 11 ἐπείγουσιν
p. 38 lin. 7 δίκῃ
p. 40 lin. ult. τῶν περὶ τῆς
p. 44 lin. 14 τοιαύτας
p. 50 lin. 4 verba τούς τε ὁμοπατρίους dele.
p. 53 lin. 11 ληγάτον
p. 60 lin. 8 dele comma.
p. 65 lin. 7 a f. ἓξ
p. 67 lin. 6 a f. τὸ
p. 70 lin. 12 dele comma.
lin. 19 τῆς
p. 75 lin. 5 νόμων
p. 76 lin. 6 τεχθὲν εἰ[9])
p. 77 lin. 3 post διάταξις claudatur parenthesis.
p. 81 lin. 5 a f. δὲ
p. 90 lin. 9 ὂν
p. 92. Excidit rubrica c. CXII Περὶ μαρτύρων.
p. 110 lin. 4 sq. παίδων
p. 111 lin. 10 dele comma.
p. 120 lin. 15 πῶς
p. 128 lin. ult. βουλόμενον
p. 130 lin. 6 a f. comma post παισὶ ponatur.
p. 134 lin. 8 ἣν
p. 136 lin. 12 a f. τὴν
p. 138 lin. 16 ὅπερ

p. 145 lin. 3 sq. χρόνοις
lin. 9 a f. εἰσιν
p. 153 lin. 8 a f. dele comma et in eius locum pone punctum.
p. 154 lin. 1 μέσον
p. 158 lin. 2 dele comma.
lin. 2 a f. fuit pro fecit
p. 159 lin. 6 colon ponendum fuit.
p. 165 lin. 11 deleatur comma.
p. 166 lin. 17 colon pro puncto ponatur.
p. 180 lin. 6 a f. punctum pro commate pone.
p. 181 lin. 11 a f. ἐπικείσεται
p. 182 lin. 6 cf. not. 20[a]. 25[a].
p. 192 lin. 3 a f. dele comma.
p. 202 lin. 20 dele comma.
p. 207 lin. 15 in fine addatur signum notae 6.
p. 208 lin. 7 post φῶς pone colon.
p. 211 lin. 14 praestat
lin. 25 dele comma.
p. 212 lin. 20 post ὅταν excidit signum notae 3.
p. 213 lin. 4 et 8 a fine commata delenda sunt.
p. 214 lin. ult. LXXI
p. 217 lin. 6 dele comma post ὄντων.
p. 221 lin. 17 comma post ἐκλάβῃ excidit.
p. 231 lin. 8 θῆλεος
p. 237 lin. 10 a f. ἰουστινιανοῦ
p. 243 lin. 4 παρα
p. 248 lin. ult. schol. 7
p. 249 lin. 12 a f. post λαμβάνειν colon excidit.
p. 255 lin. 15 ἀπαγορεύομεν
p. 263 lin. ult. ἢ τῶν?
p. 267 lin. 11 δεχόμεθα
p. 271 lin. 18 τοιοῦτον
p. 272 lin. 8 notae 20 signum deleatur.
p. 284 lin. 6 εὐϋπόληπτον
p. 291 lin. 6 περιουσίας
lin. 14 εἰσπρᾶξαι
p. 293 lin. 19 κρυφὰ
p. 301 lin. 5 dele φο-
p. 305 lin. 5 πόλεως
lin. 20 colon ponatur.
p. 316 lin. 3 a f. fautore
p. 327 lin. 20 post ἐκκαλούμενος signum notae 6) ponendum est.
p. 328 not. 9 deleatur.
p. 332 lin. 4 a f. Athan. et Auth. (in Vindob.) lege.
p. 335 lin. 6 a f. ἦν
p. 337 not. 2[a] delenda est.
p. 339 not. 10 deleatur.
p. 341 lin. 8 a f. contemserint
p. 342 lin. 8 a f. itaque pro Basilii
p. 351 lin. 9 δωρεὰς
p. 358 lin. 2 subverti
p. 382 lin. 11 dele comma.
p. 383 ποιεῖν
p. 387 lin. 21 ἐπὶ ante καθοσιώσει excidit.

DE DIOECESI AEGYPTIACA

LEX AB IMP. IUSTINIANO

ANNO 554 LATA

QUAM

ADDITA VERSIONE LATINA ET NOTIS

EDIDIT

C. E. ZACHARIAE A LINGENTHAL

D. I. U. DOMINUS IN GROSSKMEHLEN.

APPENDIX ALTERA

AD EDITIONEM NOVELLARUM IUSTINIANI
ORDINE CHRONOLOGICO DIGESTARUM.

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCXCI.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

Praefatio.

Lex quam edimus unice servata est in celeberrimo Novellarum Codice Venetiis in bibliotheca Divi Marci extante. Is codex eam exhibet in calce collectionis XII Edictorum Iustiniani, et index quidem tanquam ιγ'. νόμος κτλ., in contextu autem numerus ιγ' non habetur, nec ullum aliud vestigium est hanc nostram legem cum collectione XII Edictorum cohaerere eiusque partem facere, sed inscriptio simpliciter est qualem edimus. Edidit primus graece et quidem tanquam Ἔδικτον ιγ' Scrimgerus anno 1558; latine reddidit Agylaeus anno 1560. Deinde lex repetita est in editionibus Corporis Iuris in calce Edictorum Iustiniani tanquam Ed. XIII: ita in editione Kriegeliana ex recensione Osenbrüggenii.

Nuperrime ego ipse graece ex iterata Codicis Veneti collatione in Iustiniani Novellis ordine chronologico digestis Lipsiae 1881 legem edidi numero XCVI. Verum enim vero cum repetita studia quasi novam lucem ei accendissent, secundo eam edere adiuncta interpretatione latina visum est.

Ante omnia admonendi sumus, Codicem Venetum, qui alioquin optimae notae est, in hac lege vitiosis lectionibus, lacunis quas librarius ne indicat quidem, denique perturbata serie capitum scatere. Sed cave haec scriptoris Codicis Veneti — sitne is Nilus Doxapatrius an alius quispiam — sive neglegentiae sive barbariei tribuas. Is enim, ut reli-

qua pars codicis ab eo exarata ostendit, doctrinae non minus quam accurationis laudem meretur. Videtur autem in hac parte (— forte universa illa, quae Iustiniani XIII Edicta quae vocantur contineret —) nimis fideliter expressisse exemplar vitiosum, quod quidem ex antiquo eoque lacero codice papyraceo, cuius originem fortassis scholae Alexandrinae tribueris, descriptum esse crediderim. Sic enim facile explicantur lacunae, quae propter papyrum maculis adspersum vel madore corruptum vel laciniis avulsis decurtatum adeoque integrorum foliorum defectum deformatum plurimae obviam fiunt: sic optime intellegitur quomodo fieri potuerit ut foliorum forte disiunctorum ordo in describendo perturbaretur.

Eiusmodi transpositionem integrorum foliorum ego primus in editione mea notaveram, dum scriberem haec: „Foliorum quattuor in prototypo perversa ligatura effecit, ut librarius dum Codicem Venetum ex eo describeret cohaerentia separaret. . . . Genuinum ordinem horum foliorum nos primi restituimus.“ Sed vel recepto ordine foliorum a me restituto aliquibus locis cohaerentia perperam a se invicem separantur vel non cohaerentia invicem copulantur. (Vide sis cap. IV § 1.) Haec tamen vitia non librario Codicis Veneti eiusve glutinatori sed ei qui eius prototypon exaravit tribuenda sunt, ut qui disiuncta folia codicis papyracei (sive paginas utpote foliis ab aversa parte scriptura vacuis) perverso ordine descripserit. Iam cum animadverterem unoquoque folio Codicis Veneti duo folia prototypi sive qualibet pagina illius duas paginas prototypi repraesentari, contigit mihi ut non solum antiquum ordinem foliorum sive paginarum, sed etiam plurimarum lacunarum ambitum earumque supplementum ad certam quandam regulam definire potuerim.

Haec igitur sunt, quae haec nova editio praestare

voluit, praeterquam quod vitiosae lectiones quam plurimis locis emendatae sunt, emendandi licentiam antiqui illius codicis papyracei condicione atque indole largius praebente. Notis id demonstrabitur, quas potissimum criticas adieci. Nam militum *τάγματα* cum suis tribunis et prioribus per urbes vel *κατὰ χώραν* disposita: territorii in Alexandrinorum urbem et reliquas *πόλεις* et in *χώρας, ἐπαρχίας καὶ τόπους* divisionem: *ἀρχόντων ἐπαρχιῶν* et *ἀρχόντων ἐπιχωρίων*, *παγάρχων* et *πολιτευομένων* iuxtapositionem: frumenti *τῆς αἰσίας ἐμβολῆς* et *τοῦ τροφίμου Ἀλεξανδρείας* collationem collectionem et transvectionem Praefecto Augustali incumbentem: tributorum exactionem a tractatoribus et scriniariis Praefecti Praetorio Orientis, largitionalium a palatinis Comitis Sacrarum Largitionum faciendam: haec et id genus alia rerum Aegyptiacarum curiosis commentario illustranda relinquo.

Graecis versionem latinam addidi, quae graece parum scientibus subsidio esse et graece omnino non scientibus legis quasi ideam exhibere possit. In quo id egi ut humeris priorum editorum insistens pressius graeca redderem, licet id non sine detrimento elegantiae fieri potuerit. Versioni intercalavi in capita et paragraphos divisionem summariorum inscriptione illustratam, cuius quasi conspectum dabit index legi mox praeponendus. Capitum distinctio qualis anterioribus editoribus placuit utpote a Codice Veneto aliena et minus apta prorsus abicienda fuit.

Restat ut de tempore loquar quo lex data sit.

Cap. I § 14 mentio fit secundae indictionis praeteriti circuli quae fuit ante annos quindecim, et cap. III § 2 indictionis primae iam (*ἄρτι*) praeteritae. Imperante autem Iustiniano indictio secunda incidit in annum 538—539 et rursus in annum 553—554. Dum priorem illam ante annos quindecim fuisse imperator dicit, eum

in altera illa indictione i. e. anno 554 legem nostram tulisse in aprico est. Cuius temporis et alia indicia sunt. Eodem anno notissima illa pragmatica sanctio de reformanda Italia data est, quod imperatori cogitationem de reformanda Aegypto suppeditare potuit. Teste cap. I § 14 istam indictionem secundam praeteriti circuli praecessit ante quindecim annos administratio Strategii gloriosissimi, qui scilicet annis 536 et 537 Comes Sacrarum Largitionum fuit, sicuti colligitur ex Nov. XLVIII (22) XLIX (136) et LXXXI (105). Cogitaveram olim indictionem secundam quae ante XV annos fuerit incidere in tempora Anastasii i. e. in annum 523—524, ut proinde Iustinianus scripserit anno 538—539, quo tempore. Ioannes Cappadox Praefectus Praetorio Orientis fuit. Videbatur id comprobari eo quod inscriptio in Codice Veneto legem ad Ioannem PPO datam esse dicebat. Verum enim vero imperator de Anastasianis temporibus tanquam dudum praeteritis loquitur, et Strategium Comitem Sacrarum Largitionum praeter eum qui in locis modo laudatis nominatur alium quendam fuisse non est probabile. Quibus argumentis ad annum 554 ablegamur, et hoc tantum explicandum est, quomodo lex ad Ioannem PPO data potuerit dici. Iam coniciet aliquis non Ioannem Cappadocem sed alium quendam Ioannem alioquin incognitum indigitari, qui anno 554 inter Arcobindum anno 553 et Petrum anno 555 Praefectus Praetorio Orientis fuerit: macte, cui haec coniectura placuerit! Sed possis etiam inscriptionem in Codice Veneto exhibitam pro erronea habere, utpote seriore tempore a librario invita Minerva compositam. Nempe operam eius minus eruditam prodit rubrica *περὶ τῶν* (sive *τῆς*) *Ἀλεξανδρέων καὶ τῶν Αἰγυπτιακῶν ἐπαρχιῶν*, quae rubrica capiti primo quidem apta est, universae legi non item.

Argumentum.

Caput IV. De limite Aegypti.

— — — —

§ 1. Cura felicis embolae.
§ 2. Naulorum titulus.
§ 3. Publicorem exactio.
§ 4. De λόγῳ propter publica dando.

(Reliqua desunt.)

Ἀρχὴ σὺν θεῷ τοῦ πρὸς Ἰωάννην τὸν ἐνδοξότατον ὕπαρχον τῶν ἀνατολικῶν ἱερῶν πραιτωρίων νόμου[1]) περὶ τῆς[2]) Ἀλεξανδρέων καὶ τῶν Αἰγυπτιακῶν ἐπαρχιῶν.

Εἰ καὶ τὰ σμικρότατα τῶν πραγμάτων τῆς ἑαυτῶν ἀξιοῦμεν προνοίας, πολλῷ μᾶλλον τὰ μέγιστά τε καὶ συνέχοντα τὴν ἡμετέραν πολιτείαν οὐκ ἐγκαταλείψομεν οὐδὲ ἀπρονόητα οὐδὲ τοῦ προσήκοντος χηρεύοντα κόσμου ἐάσομεν, καὶ μάλιστα τῆς σῆς ἡμῖν ὑπουργούσης ὑπεροχῆς, ᾗπερ μέλει τῆς τε ἡμετέρας διὰ πάντων θεραπείας, τῆς τε αὐξήσεως τῶν δημοσίων, τῆς τε τῶν ὑποτελῶν τῶν ἡμετέρων φρον-

INCIPIT CUM DEO LEX AD IOANNEM GLORIOSISSIMUM PRAEFECTUM SACRORUM ORIENTALIUM PRAETORIORUM DIRECTA DE URBE ALEXANDRINORUM ET AEGYPTIACIS PROVINCIIS.

Si vel minimas res nostra cura dignamur, multo magis maximas et quae nostram rempublicam continent non derelinquemus neque neglecta et conveniente ornatu vidua sinemus, praesertim cum tua excellentia nobis ministret, cui cordi est et nostra per omnia salus et incrementum publicorum redituum et subditorum nostrorum

1) Cod. *νόμος*. Sed legendum *νόμου*, ut sit *ἀρχὴ τοῦ . . . νόμου*. 2) Cod. *τῶν*. Sed legendum *τῆς* scil. *πόλεως*. Sic in contextu legis centies appellatur Alexandria. Cf. not. 11.

τίδος. ἐννοήσαντες τοίνυν, ὡς ἐπὶ τῶν ἔμπροσθεν χρόνων, εἰ καὶ τὰ ἄλλα τῶν δημοσίων εἰσπράξεων ἐδόκει πως τετάχθαι, ἀλλ' οὖν κατὰ τὴν Αἰγυπτιακὴν διοίκησιν οὕτως ἦν συγκεχυμένα, ὥστε μηδὲ ὅ τι πράττεται κατὰ χώραν ἐνταῦθα γινώσκεσθαι[3]) ... καὶ ἐθαυμάσαμεν τὴν μέχρι νῦν τοῦ πράγματος ἀταξίαν· ἀλλ' ἔδωκεν ὁ θεὸς καὶ τοῦτο τοῖς ἡμετέροις φυλαχθῆναι καιροῖς καὶ ταῖς σαῖς ὑπουργίαις. ὥσπερ γὰρ ἡμῖν τὸν σῖτον τὸν ἐκεῖθεν προσρίπτοντες, οὕτως οὐδὲν ἕτερον ἠξίουν εἰσφέρειν, ἀλλ' οἱ μὲν συντελεῖς καθάπαξ ἰσχυρίζοντο πάντα εἰς ὁλόκληρον ἀπαιτεῖσθαι, οἱ παγάρχαι[4])

cura. Iam postquam intelleximus, quod superioribus temporibus, licet ceterae publicorum exactiones quodammodo ordinatae esse videbantur, attamen in Aegyptiaca dioecesi res ita erat confusa, ut neque hic quod in eo tractu ageretur notum esset ... et mirati sumus eius rei inordinatum hactenus statum; enim vero Deus etiam hoc temporibus nostris tuoque ministerio servari adnuit! Nam sicut frumentum inde nobis quasi proiciebant, ita nihil aliud contribuere dignabantur: sed collatores quidem omnia plene a se exigi simul omnes affirmabant, pagar-

3) Ad v. συγκεχυμένα subintellege ex antecedentibus τὰ τῶν δημοσίων εἰσπράξεων. Mox retenta lectione codicis καὶ ἐθαυμάσαμεν lacunam post γινώσκεσθαι statuendam esse crediderim: desideratur enim alterum μηδέ, ut complura excidisse probabile sit. 4) Cod. παγάρχοι, quod Scrimgerus in πάγαρχοι mutavit, ego vero scriptura codicis in cap. I § 12 et cap. III § 3 ductus in παγάρχαι mutandum esse arbitratus sum. Videbam praeterea in -άρχης fere voces efformari quotienscunque id cui imperatur eis praepositum est, veluti πατριάρχης, ἱεράρχης, λιμενάρχης, ἐθνάρχης, θηβάρχης, ἀλαβάρχης. Sunt tamen in quibus utrumque tam — άρχης quam — αρχος graecis scriptoribus placuit, veluti γυμνασιάρχης et γυμνασίαρχος, ἱππάρχης et ἵππαρχος, κωμάρχης et κώμαρχος. His forte accensendus est etiam noster παγάρχης, quem documenta papyracea, ut me vir cl. **Wilcken** docuit, quasi constanter dativo casu παγάρχῳ (a πά-

δὲ καὶ οἱ πολιτευόμενοι[5]) καὶ οἱ πράκτορες[6]) τῶν δημοσίων καὶ διαφερόντως [οἱ] κατὰ καιρὸν ἄρχοντες[7]) οὕτω τὸ πρᾶγμα μέχρι νῦν διετίθεσαν, ὡς μηδενὶ δύνασθαι γενέσθαι

chae vero et curiales et qui publica administrant et inprimis pro tempore praefecti rem hactenus ita disposuerunt,

γαρχος) scribunt. — Παγάρχης est pagi praefectus, non „governor of a village" quod Sophocles (Greek Lexicon 1888) voluit, sed pagi, τοῦ πάγου, cuius ambitus κώμας καὶ τόπους complectebatur adeoque urbes praeter eas quibus βουλὴ concessa esset. πᾶγος *pagus* (aliud πάγος *collis*) antiquissima designatio est territorii quod tribus aliqua inhabitat; ea vox graecis et italicis gentibus antiquitus communis fuit. Anno p. Chr. n. 340 πάγος in Aegypto occurrit tanquam pars nomi (ιδ' πάγος νομοῦ ἑρμοπολείτου, cf. Tafeln z. älteren griech. Palaeogr. Leipzig 1891), a. 365 praepositura pagorum nominatorum periculo constituenda (Cod. 10, 72, 2, quam legem Ducange adduxit). Saec. V exeunte Isidorus Pelusiota lib. 2 epist. 91 a Ducangio laudatus scribit: πάγαρχοι καλοῦνται παρά τισιν οἱ τῶν κωμῶν ἢ τόπων τινῶν ἄρχοντες. Nostra lex denominatione pagarchi tanquam generali utitur ut praefectos regionum Aegypti (non Libyci limitis) significet, quae non subsunt τοῖς πολιτευομένοις. Quantae auctoritatis pagarchae fuerint, demonstrant quae cap. I § 12 et cap. III § 3 de remotione pagarcharum (similia his quae Cod. 1, 37, 2 de iudicibus ordinariis statuta sunt) et de electione pagarcharum ab ipso imperatore confirmanda praecipiunt. Unde explicatur, quod me vir cl. Wilcken edocuit, quomodo in instrumentis papyraceis Berolinensibus viri qui ἐνδοξότατοι, ἰλλούστριοι, μεγαλοπρεπέστατοι audiunt inter pagarchas recenseri potuerint: ita v. c. papyrus no. 2558 de anno 556 inscriptus est Φλ. Ἀπίωνι τῷ ἐνδοξοτάτῳ στρατηλάτῃ καὶ παγάρχῳ τῆς ἀρσινοϊτῶν καὶ θεοδοσιουπολιτῶν πόλεως. 5) Οἱ πολιτευόμενοι vix verti possunt *reipublicae administratores*. Sunt potius *curiales* earum urbium Aegyptiacarum, quibus βουλὴν i. e. curiam habere concessum erat: sic etiam vertit Authenticum in Nov. CLII (128) c. 5. 8. De istis urbibus videndus Mommsen röm. Gesch. V ed. 3 p. 557. 6) Πράκτορες sunt qui τὰ δημόσια πράττουσιν i. e. tractant, unde infra τρακτευταὶ vocantur. 7) Vulgo *praesides*. Neque tamen de praesidibus eparchiarum, sed de praefecto Augustali sermo esse videtur.

γνώριμον, αὐτοῖς δὲ μόνοις ἐπικερδές. ἐπειδὴ τοίνυν, εἴπερ καταλίποιμεν ἐν ὁμάδι τὸ πρᾶγμα διοικούμενον, οὐκ ἄν ποτε ἰσχύσαιμεν αὐτὸ διακαθᾶραι καὶ τάξαι προσηκόντως, διὰ τοῦτο συνείδομεν τὴν ἀρχὴν, ἥπερ ἐφέστηκεν τοῖς Αἰγύπτου πράγμασιν (φαμὲν δὲ τὴν τῶν αὐγουσταλίων), μετριωτέραις ἐπιστῆσαι φροντίσιν. οὐ γὰρ ἂν δύναιτο ῥαδίως εἷς ἀνθρώπου νοῦς τοσαύταις ἀρκέσαι μερίμναις, καὶ τὸ πρᾶγμα οὕτως διαθεῖναι, ὥστε αἴσθησιν ἡμῖν ἀγαθὴν ἐν αὐτῷ[8]) καταστῆσαι.

Διὰ τοῦτο τοίνυν θεσπίζομεν τὴν σὴν ὑπεροχὴν τόνδε ἡμῶν τὸν ἐπὶ τούτῳ νόμον παραλαμβάνουσαν[9]) οὕτως αὐτὸ[10]) διαθεῖναι, ὡς ἄξιόν ἐστιν ἡμᾶς μὲν θεσπίσαι, τὴν

ut nemini posset esse cognitu facilis, ipsis autem solis lucrosa. Quoniam igitur, si rem per aversionem administratam reliquerimus, eam vix unquam possimus purgare et convenienter ordinare, ideo perspeximus administrationem quae Aegypti rebus praeest (Augustalem dicimus) moderatioribus curis praeficiendam esse. Non facile enim unius hominis mens tot curis sufficere possit et rem ita disponere, ut bonam sui notitiam nobis praestet.

[Caput I. De Alexandrinorum urbe et duabus Aegyptis.]

[§ 1. *Civilis administratio.*] Propterea igitur sancimus excellentiam tuam hancce super ea re legem accipientem ita eam disponere, sicut dignum est tam nostra sanctione

8) Cod. *ἐν αὐτῷ*. Sed iam lege *ἐν αὐτῷ*. Nam *ἀγαθὴν* (sensu ethico) *αἴσθησιν* res vix dici potest praestare, ita ut quam olim proposueram coniectura *ἐπ' αὐτῷ* scil. *τῷ πράγματι* reicienda sit. 9) Cod. *παραλαμβάνουσιν*. 10) Cod. *αὐτόν*. Sed legendum *αὐτό* scil. *τὸ πρᾶγμα*, sicut modo praecedit *τὸ πρᾶγμα διαθεῖναι*.

δὲ σὴν ὑπεροχὴν ὑπουργῆσαι. τέως οὖν τὸν περίβλεπτον αὐγουστάλιον βουλόμεθα αὐτῆς τε Ἀλεξανδρείας[11]*) ἄρχειν καὶ ἁπάντων τῶν κατ' αὐτὴν φροντίζειν, καὶ πρός γε δύο*[12]*) Αἰγύπτων καὶ μόνων, ἐξῃρημένου τοῦ λεγομένου Μενελαΐτου τῆς πόλεως ἥτις ἐστὶ πρώτης*[13]*) Αἰγύπτου, καὶ πρός γε τοῦ Μαρεώτου·*[14]*) ἐπ' ἐκείνοις γὰρ τὰ εἰκότα διατυπώσομεν. βουλόμεθα δὲ αὐτὸν ὡς εἴρηται μὴ μόνης Ἀλεξανδρείας, ἀλλὰ καὶ τῶν δύο Αἰγύπτων (μετὰ τὴν εἰρημένην ἐξαίρεσιν τοῦ τε Μαρεώτου καὶ τοῦ Μενελαΐτου) ἄρχοντα καθεστάναι, ὥστε τὸν ἄρχοντα τὸν ἐπιχώριον*[15]*) τῶν εἰρημένων δύο ἐπαρ-*

quam ministerio tuae excellentiae. Igitur spectabilem Augustalem ipsam Alexandriam administrare et omnium in ea curam habere volumus et insuper duas Aegyptos solas, exempta urbe quae Menelaïta dicitur et primae Aegypti est, et insuper Mareota: de his enim consentanea constituri sumus. Volumus autem eum non solius Alexandriae sed etiam duarum Aegyptorum (post dictam exemptionem Mareotae et Menelaïtae) praefectum esse, ut iudex

11) Apud Hieroclem (ed. Parthey p. 46) et in antiqua episcopatuum notitia (ib. p. 80) recensetur tanquam prima urbs eparchiae Aegypti. In hac autem nostra Novella, sicut in aliis documentis (cf. U. Wilcken, Obs. ad historiam Aegypti p. 7), opponitur eparchiarum urbibus, utpote sedes praefecti Augustalis a quo immediate ut ita dicam regebatur, dum ceterae urbes suos praefectos haberent. 12) Malim *τῶν δύο Αἰγ.* 13) Cod. *πρὸ τῆς.* 14) Apud Hieroclem (ed. Parthey p. 46) habetur urbs *Μενελαΐτης* in *ἐπαρχίᾳ Αἰγυπτιακῇ*, in Notitia supra laudata (ed. Parthey p. 80) in *ἐπαρχίᾳ Αἰγύπτου πατριάρχη* (lege *πρώτῃ*) recensentur urbes *Μαρεῶτις* et *Μανελειτῶν* (lege *Μενελαΐτῶν*). 15) Quod *ἄρχοντα* iudicem et *ἀρχὴν* administrationem latine reddidi, latinitati horum temporum, v. c. Iuliani, Authentici convenit. *Ἐπιχώριον* verto indigenam. Certe apud Strabonem p. 797 sq. hoc sensu usurpatur et eodem sensu ut videtur Nov. CLXVI (134) c. 1, quo loco Authent. vertit: vicaneos iudices. Vulgo vertunt *magistratum provincialem*, quod videtur probari c. II § 4.

χιῶν ἐπ᾽ αὐτῷ τετάχθαι καὶ μόνῳ, καθάπερ καὶ μέχρι νῦν σχήματος ἔχει.

[Βουλόμεθα δὲ καὶ τὸν τούτων ἄρχοντα][16]) ταὐτὸν δὲ εἰπεῖν τὸν περίβλεπτον αὐγουστάλιον, διὰ τὸ τῆς εἰρημένης μεγίστης πόλεως πολυάνθρωπον ἔχειν τὰ δίκαια καὶ τῆς στρατιωτικῆς ἀρχῆς, οὐ διῃρημένου τοῦ πράγματος οὐδὲ εἰς ἄρχοντας δύο καθεστῶτος (τοῦτο γὰρ ἡγούμεθα τῷ παντὶ συμφέρειν), ἀλλ᾽ ὥστε ἕνα μὲν ἄνδρα προεστάναι τοῦ εἰρημένου θρόνου, ἔχειν δὲ ἐξουσίαν κατὰ πάντων τῶν ἐκεῖσε στρατιωτῶν, τῶν ἱδρυμένων εἴτε ἐπ᾽ αὐτῆς τῆς Ἀλεξανδρέων μεγάλης πόλεως εἴτε ἐπὶ τῶν δύο Αἰγύπτων καθάπερ εἴρηται· δεῖ γὰρ καὶ τῆς εὐκοσμίας[17]) τῆς πόλεως προνοεῖν τε[18]) καὶ τοῦ μηδὲν ταραχῶδες γίνεσθαι κατὰ τὸν εἰρημένον δῆμον· ἀλλ᾽ ἔχοντα τὸν ἐπὶ τῆς εἰρημένης ἀρχῆς τεταγμένον

indigena dictarum duarum eparchiarum ipsi soli subsit, quemadmodum etiam hucusque obtinet.

[§ 2. *Militaris administratio.*] [Volumus vero etiam harum praefectum, sive] quod dictu idem est, spectabilem Augustalem propter hominum multitudinem in memorata maxima urbe habere etiam iura praefecti militaris, administratione non divisa neque ad duos praefectos pertinente (id quod summae rerum conducere putamus), sed ita ut unus quidem homo dicto throno praesit, potestatem autem habeat in omnes qui illic sunt milites, sive in ipsa Alexandrinorum magna urbe sive in duabus Aegyptis stationes habeant, sicuti dictum est. Etenim etiam decori urbis providendum est et ne quid tumultuose in dicta plebe agatur. Sed oportet eum qui dictae administra-

16) Lacunam hoc loco statuendam esse censeo, quam an recte suppleverim alii videant. 17) In Nov. XXIV (25) c. 4 Auth. vertit *ornatui*. 18) Cod. σε.

τήν τε ἐκ τῆς πολιτικῆς ἀρχῆς δύναμιν τήν τε ἐκ τῶν στρατιωτῶν ἰσχὺν θεοῦ πρὸ πάντων ἡγουμένου τῆς εἰρημένης εὐταξίας τῆς πόλεως προνοεῖν, ἐπέχοντα τὸν τόπον, ὅσον ἐπ' αὐτοῖς τοῖς στρατιώταις τοῖς τε ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τοῖς τε ἐφ' ἑκατέρας Αἰγύπτου, καὶ τῶν ἐνδοξοτάτων καὶ ἀνδρειοτάτων στρατηγῶν τῶν πραισενταλίων, τῶν τε τῆς Ἑῴας.[19])

[Βουλόμεθα δὲ . . .][20]) τε καὶ ἀδρεσπόνσουμ[21]) παρεῖναι αὐτῷ, καὶ ὑπουργεῖν οἷς ἂν ἐπιτάξειεν.

tioni praepositus est, postquam tam civilis iudicis potestatem quam militum vim habeat, Deo ante omnia duce dicto decoro statui in urbe servando providere, cum quantum ad milites ipsos tum Alexandriae tum in utraque Aegypto spectat locum teneat gloriosissimorum et fortissimorum magistrorum praesentalium et per orientem.

[§ 3. *Assessores et ad responsum.*] [Volumus autem...] et ad responsum ei adesse et ministerio esse his quos iusserit.

19) Cod. τὸν ἐνδοξότατον καὶ ἀνδρειότατον στρατηγὸν τῶν πρ. τόν τε τῆς ἑῴας. De his vide Notit. dignit. Or. cap. IV. V. VI. Cod. I 29. 20) Lacunam hic statuas necesse est. Cf. Scrimger: τε*) καὶ ad responsum. Nempe de his quos mox παρεδρεύοντας vocat Iustinianus hoc loco tractasse videtur. Tam Augustali quam Duci assessor (πάρεδρος) ad latus fuit: Alexandriae praeterea iuridicum Iustiniani Codex 1, 57 agnoscit. 21) Ad responsum proprie ministrabat magistro militum, Nov. CLVIII (Ed. 8) c. 3 § 4. Schol. ad Iulian. (ed. Haenel p. 179): Ad responsum dicitur qui deputatus est a magistro militum, ut si quid opus sit a competente iudice in milites fieri ministerium ei exhibeat. In Nov. cit. est δι' οὗ καὶ σωφρονιεῖ στρατιώτας εἴπου καλέσει καιρὸς καὶ συνάξει πρὸς τὰς ἀναγκαίας τοῦ πράγματος ὑπουργίας. Praefecti Augustali h. l. ad responsum adesse iubetur, quippe locum magistri militum obtinenti. Sed et aliis quibus in milites potestas esset ad responsum habere leges permiserunt: cf. Nov. XXIII (24) c. 4, XXIV (25) c. 1, XXV (26) c. 2 § 1 et XXXI (28) c. 3, ubi codex inter lineas ἤτοι ἀποκρισιαρίους.

Ἔσται[22]) δὲ αὐτῷ ἡ τάξις ἥ τε αὐγουσταλιανὴ, καὶ[23]) μὴν καὶ ἡ δουκικὴ, ἄχρι μέντοι ἑξακοσίων, οὐχ ὥστε ἰδίᾳ μὲν εἶναι τοὺς δουκικοὺς ἰδίᾳ δὲ τοὺς αὐγουσταλιανοὺς, ἀλλ' ὥστε μίαν γενέσθαι τάξιν[24]) καὶ κατάλογον ἕνα, οὗπερ ἄνδρες ἑκατὸν πρωτεύουσι, πεντήκοντα μὲν [οἱ πρῶτοι] τῆς αὐγουσταλιανῆς τάξεως πεντήκοντα δὲ οἱ πρῶτοι τῶν δουκικῶν ἀμοιβαδὸν ἐν ἀλλήλοις ταττόμενοι[25]), ὥστε πρῶτον μὲν εἶναι τὸν αὐγουσταλιανὸν, δεύτερον δὲ τὸν δουκικὸν, καὶ τοῦτο ἐφεξῆς παραφυλαχθῆναι τὸ σχῆμα τῶν ἑκατὸν τῶν ἐν αὐτοῖς πρωτευόντων, τὸ δὲ λοιπὸν ἅπαν ὡς ἂν ὁ τὴν ἀρχὴν ἔχων συνίδοι οὕτω καταστῆναι, μὴ[26]) μέντοι ὑπερβαίνειν τὴν πᾶσαν τάξιν τὴν ἀναμὶξ ἔκ τε τῶν αὐγουσταλιανῶν ἔκ τε τῶν δουκικῶν συγκειμένην ἄνδρας ἑξακοσίους· πάντων τῶν ἐπὶ τούτῳ πραττομένων εἴς τε τὸν θρόνον τὸν σὸν εἴς τε

[§ 4. *Officium.*] Habebit autem officium tam augustalianum quam etiam ducianum, usque ad sexcentos tamen, non ut seorsum quidem duciani sint seorsum vero augustaliani, sed ut unum officium et una matricula fiat, in qua centum primates sint, quinquaginta quidem augustaliani officii [primates], quinquaginta vero primates duciani, alternatim invicem collocati, ut primus sit augustalianus, secundus vero ducianus, et sic deinceps haec figura observetur in centum inter illos primatibus, reliquum vero omne ita constituatur quemadmodum ei qui administrationem habet videbitur, ut tamen universum officium ex augustalianis et ducianis compositum non excedat viros sexcentos: omnibus quae circa hoc aguntur

22) Cod. ἐστί. 23) Cod. ναί. 24) In Nov. CLXXII (Ed. 11) anno 559 sermo est de Augustali et τῶν ὑπηρετουμένων τάξεων, quasi officia tum temporis nondum coadunata fuissent. 25) Cod. ταττομένων. 26) Cod. μηδέν.

ἡμᾶς διὰ τῆς σῆς ὑπεροχῆς ἀναφερομένων, ὥστε καὶ τὸ παρ' ἡμῶν εἴ γε ὀρθῶς γένηται προσδέξασθαι κῦρος.[27]) καὶ ἐπειδὰν ἡ τάξις καταστῇ, μηδένα τῶν αὐγουσταλιανῶν γίνεσθαι χωρὶς προβατορίων ἐκ τῆς ἡμετέρας χειρὸς ὑπογραφομένων,[28]) καθάπερ μέχρι νῦν.[29]) ἔσται δὲ αὐτῇ πάσῃ τῇ τάξει τὸ τῆς αὐγουσταλιανῆς πρόσρημα.

[Ὁ] ἄρχων δὲ ὁ παρὰ τῆς βασιλείας προχειριζόμενος βασιλικῆς ἄξιος κρίσεως[30]) παραλήψεται τὴν ἀρχὴν καὶ καθαρὰς φυλάξει τὰς χεῖρας καὶ πανταχόθεν ἑαυτὸν ἄξιον τῆς βασιλικῆς δείξει κρίσεως. οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς ἐκ τοῦ δημοσίου αὐτῷ ταύτην μόνην δώσομεν τὴν παραψυχήν, ἣν μέχρι νῦν ὁ περίβλεπτος αὐγουστάλιος ἔχει, τὰς πεντήκοντα μὲν ἀννόνας καὶ τὰ πεντήκοντα κάπιτα, ἀλλὰ μεγάλῃ τῇ

et ad tuam sedem et ad nos per excellentiam tuam referendis, ut et a nobis si recte facta sint confirmationem accipiant. Et postquam officium constitutum fuerit, nullus augustalianus fiet absque probatoriis nostra manu subscriptis, sicut hactenus. Ipsum autem universum officium augustaliani appellationem habebit.

[§ 5. *Solatia.*] Praefectus autem, qui imperatorio iudicio dignus habitus ab imperatore electus fuerit, administrationem suscipiet et puras manus servabit et undecunque se dignum imperatorio iudicio ostendet. Neque enim nos ei e publico hoc solum dabimus solatium, quod nunc usque spectabilis Augustalis habet, quinquaginta annonas et quinquaginta capita, sed magno augmento

27) Similiter Nov. LIV (103) c. 1. 28) Cod. ὑπογραφομένης, recte quidem si modo ante προβατορίας legeris. 29) Cf. Cod. 12, 59, 10. Nov. XXIII (24) c. 4. XXIV (25) c. 1. 30) Cod. ὃς παραλ. Ab illo ἔσται quod praecedit ἄρχων pendere non potest, ut proinde ὁ ἄρχων scribere et ὃς delere necesse fuerit.

παραυξήσει[31]) χρησάμενοι quadraginta librarum auri[32]) ἔτους ἑκάστου λαμβάνειν ὑπὲρ σιτήσεων βουλόμεθα καὶ ὑπὲρ συνηθειῶν καὶ καλανδικῶν[33]) παρὰ βίνδικος[34]) ἐκ τῶν ὑποτεταγμένων τῷδε τῷ τύπῳ τόπων[35]) τε καὶ αἰτιῶν. οἵ δέ γε αὐτῷ παρεδρεύοντες quinque librarum auri λήψονται ἐκ τῶν αὐτῶν, καὶ ἑτέρους mille solidos καὶ ἡ κατ' αὐτῶν τάξις, καίτοιγε πρότερον τὴν τρίτην αὐτῶν ἔχουσα ποσότητα· καὶ ἔσται τὸ πρᾶγμα λαμπρόν τε καὶ τῶν ἡμετέρων ἀξίως διῳκημένον χρόνων.

Πρώτην δὲ[36]) εἶναι φροντίδα τῷ τὴν τοιαύτην ἀρχὴν ἔχοντι βουλόμεθα τὴν τῆς αἰσίας ἐμβολῆς[37]) διοίκησιν, ὥστε

usi quadraginta librarum auri quolibet anno pro annonis eum et pro consuetudinibus et calandicis accipere volumus a vindice ex subiectis huic formae locis et titulis. Assessores autem eius ex eisdem quinque librarum auri accipient, et alios mille solidos quod post illos officium est, licet id antea tertiam partem huius summae perceperit: et ita res splendida erit et nostris temporibus condigne disposita.

[§ 6. *Cura felicis embolae.*] Primam vero curam illam praefecturam habenti volumus esse felicis embolae admini-

31) Malim προσαυξήσει. 32) Sic semper genetivus casus technice a Iustiniano usurpatur, idque tam hic quam infra retinendum esse videbatur. 33) De calandicis s. calandaricis vide Monatsberichte der Akad. zu Berlin 1879 S. 142. 158. 34) Marinus sub Anastasio teste Lydo III 49 et Niceph. Hist. eccl. 16, 14 vindices constituit, qui tributa exigerent loco curialium. Cf. Nov. CLII (128) c. 5 et Nov. CLXVI (134) c. 2. 35) *Τόποι* hoc loco et infra fortasse κατ' ἐξοχὴν dicti, scilicet ut significent divisionem nomorum in τόπους. Nomorum tamen in hoc nostra Novella nusquam mentio fit, nisi forte τὰς χώρας iterum atque iterum appellatas easdam credideris esse. 36) Cod. τε. 37) Cod. I 2, 10 et XI 4, 2 „felicem embolam vel publicarum specierum transvectionem.“ (καὶ in Coll. constit. eccles. cf. Monatsberichte cit. 1881 p. 22.) Ἐτησία ἐμβολή in Nov. Tiberii Coll. I Nov. II c. 2.

αὐτὸν μὲν τὸν περίβλεπτον αὐγουστάλιον καὶ τὴν πειθομένην αὐτῷ τάξιν κινδύνῳ οἰκείῳ καὶ τῶν ὄντων αὐτῷ καὶ ἐσομένων πραγμάτων, καὶ κινδύνῳ τῆς αὐτοῦ τάξεως οὐ περὶ ταῦτα μόνον ἀλλὰ καὶ τὴν σωτηρίαν αὐτὴν ἀγωνιώσης, πᾶσαν γίνεσθαι[38]) *πρόνοιαν τοῦ τὸν εἰρημένον τῆς αἰσίας ἐμβολῆς σῖτον καὶ ἀπαιτεῖσθαι καὶ κατὰ τοὺς νεμομισμένους καιροὺς ἐκπέμπεσθαι. ἀλλὰ τοῦτον μὲν εἰσπράττειν ὅστις ἐξ ἑκατέρας ἐστὶν Αἰγύπτου, τὸν δὲ ἄλλον ἀνυπερθέτως ὑποδέχεσθαι ἢ καὶ ἐμβάλλεσθαι τοῖς πλοίοις*[39]), *παρασκευάζειν τε εἰς ταύτην ἐκπέμπεσθαι τὴν εὐδαίμονα πόλιν, ὅσος τοῦ κανόνος τῆς αὐτῆς αἰσίας ἐμβολῆς ἐστι τῆς ἐνταῦθα πλωϊζομένης. ὁμοίως δὲ καὶ τὸν παρ' ἡμῶν φιλοτιμούμενον τῆς μεγάλης τῶν Ἀλεξανδρέων πόλεως τὸν μὲν ἀπαι-*

strationem, ut ipse spectabilis Augustalis et quod ei paret officium . . . periculo sui ipsius et rerum quae habet habiturusve est, et periculo officii eius, quod non de his solum sed et de propria salute periclitetur, omnimodo provisio fiat ut dictum frumentum felicis embolae exigatur et statutis temporibus transvehatur. Et id quidem colligat quod ex utraque Aegypto debetur, reliquum vero sine dilatione suscipiat vel etiam navibus imponat, et tantum curet ad hanc felicem urbem transvehi quantum facit canon eius felicis embolae navibus huc advehendae. Similiter vero etiam id quod nos magnae Alexandrinorum

38) Aut *ποιεῖσθαι* legas ut sermo procedat, aut lacunam statuas necesse est post *τάξιν*, licet in cod. nullum eius vestigium appareat. Sane exspectes hoc loco aliquid statutum esse de parte frumenti ad urbem regiam transportanda (*τὸν εἰρημένον σῖτον*) et de temporibus intra quae transvectio procuranda fuerit (*τοὺς νενομισμένους καιρούς*). 39) Cod. *πλόοις*. Omnino legendum *πλοίοις*. Navibus enim frumentum imponitur, non *πλόοις* i. e. navigationibus.

τεῖν, ὅσος ἐξ Αἰγύπτου καθέστηκεν ἑκατέρας, οἰκείῳ κινδύνῳ καὶ τῆς αὐτοῦ τάξεως, τὸν δὲ ὑποδέχεσθαι ὁπόσος ἐξ ἑτέρων[40]) *ἀφίκοιτο τόπων καὶ αὐτῷ*[41]) *παραδοθείη κατὰ τὸ μᾶλλον ἔτι σαφέστερον ἐν τοῖς ἐφεξῆς δηλωθησόμενον, καὶ δαπανᾶν καθάπερ εἴθισται περὶ τὸ τρόφιμον τῆς αὐτῆς πόλεως, ὥστε τὸ ἄφθονον αὐτὴν βουλήσει θεοῦ διὰ πάντων ἔχειν· συγκινδυνευόντων τῷ αὐτῷ περιβλέπτῳ αὐγουσταλίῳ ὅσον εἰς τὴν εἴσπραξιν*[42]) *καὶ τῶν στρατιωτῶν τῶν ὑπ' αὐτὸν τεταγμένων καὶ τῶν λαμπροτάτων τριβούνων καὶ πάσης πολιτικῆς καὶ δημοσίου βοηθείας, ὥστε πανταχόθεν ἀνεμπόδιστον τὸ πρᾶγμα γίνεσθαι. τὸν δὲ ἐκ τῶν τόπων τῶν μὴ ὑπ' αὐτὸν ὄντων ἐκκομιζόμενον θεσπίζομεν κατὰ τοσοῦτον ἐπάγειν αὐτῷ τὸν κίνδυνον, ὥστε, ἐπειδὰν ἐκκομισθείη, αὐτόν τε ὑποδέχεσθαι πάσης μελλήσεως χωρὶς καὶ τὴν πειθομένην αὐτῷ τάξιν**) *οἰκείῳ κινδύνῳ πλωΐζειν πρὸς*

urbi largiti sumus, tum quantum ex utraque Aegypto consistit proprio et officii sui periculo exigat, tum suscipiat quantum ex aliis locis advenerit et ipsi traditum sit secundum quod in sequentibus apertius demonstrabitur, atque eroget solito more in eiusdem urbis alimoniam, ut Deo volente per omnia abundantia fruatur: periculum subeuntibus cum ipso spectabili Augustali, quantum ad exactionem pertinet, tum militibus sub eo constitutis et clarissimis tribunis et universo civili et publico adiutorio, ut undecunque res expedite procedat. Quod autem ex locis sub eius dispositione non constitutis adportatur, eius in tantum periculum eum subire sancimus, ut postquam adportatum sit ipse absque ulla cunctatione id suscipiat et officium quod ipsi paret [et] proprio periculo navibus id

40) Cod. *ἑκατέρων*. 41) Cod. *αὐτά*. 42) Cod. *πρᾶξιν*. Sed sermo est, ut ex sequentibus apparet, de exactione frumenti ex utraque Aegypto. *) Adde *καί*, propter *ποιούμενον*.

ταύτην τὴν εὐδαίμονα πόλιν, πανταχοῦ πρόνοιαν ποιούμενον τοῦ μηδὲν ἐκφόριον γίνεσθαι ἐκ τῶν ὑποτεταγμένων αὐτῷ πόλεών τε καὶ ἐπαρχιῶν καὶ τόπων καὶ ὅρμων[43]) καὶ στομίων, πρὶν τὴν αἰσίαν ἐμβολὴν ἀποπλεῦσαι τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεως, μηδὲ μετὰ ταῦτα, πλὴν εἰ μὴ κατὰ τὸ παρ' ἡμῶν ἐπιτετραμμένον ἢ ἐπιτραπησόμενον ἐκ θείων μὲν ἡμῶν τύπων, προστάξεων δὲ τῶν θρόνων τῶν σῶν· πρὸς ἅπαντα καὶ τῶν στρατιωτῶν ὑπουργούντων αὐτῷ καθάπερ ἔμπροσθεν εἴρηται ὡς[44]) ἂν αὐτοῖς προστάξειε, καὶ τῶν ναυκλήρων ὑποδεχομένων τὸν σῖτον καὶ ἐμβαλλόντων ταῖς ναυσί, κἀκεῖθεν ὑφ' ἡγεμόνι θεῷ πρὸς ταύτην τὴν εὐδαίμονα ναυτιλλομένων πόλιν. εἰ μέντοιγε τὸν ἐξ ἑκατέρας Αἰγύπτου μὴ εἰσπράξειε σῖτον, καὶ τὸν μὲν τῆς ἐνταῦθα πεμπομένης αἰσίας ἐμβολῆς εἰσκομισθῆναι παρασκευάσειε τῇ Ἀλεξανδρέων καὶ πλωϊσθῆναι πρὸς ταύτην τὴν εὐδαίμονα

dirigat ad hanc almam urbem: et ubique prospiciat, ne ex subiectis ipsi urbibus et eparchiis et locis et stationibus navium et ostiis prius quidquam exportetur quam felix embola ab Alexandrinorum urbe abnavigaverit, nec postea nisi quatenus a nobis permissum sit vel permittatur per sacras quidem nostras formas, thronorum vero tuorum iussiones. In omnibus vero milites ei ministerium praestent, ut antea dictum est, quemadmodum eos iusserit, navicularii autem frumentum suscipiant et navibus imponant, indeque Deo duce ad hanc almam urbem navigent. Quodsi frumentum ex utraque Aegypto non exegerit et eam felicis embolae partem quae huc mittitur ad Alexandrinorum urbem adportari et ante finem mensis

43) Scilicet Nili. Stationes autem navium fuerunt v. c. ad Hermopolin. Marquardt Staatsverw. II S. 504. Ceterum codex ὁρμῶν scribit. 44) Cod. οἷς.

πόλιν καὶ βασιλίδα πρὸ πέρατος τοῦ αὐγούστου μηνὸς, τὸν δὲ τοῦ τροφίμου τοῦ παρ' ἡμῶν φιλοτιμουμένου διὰ τοῦ σεπτεμβρίου μὴ εἰσκομίσειε τῇ τῶν Ἀλεξανδρέων πόλει, ἴστω ὡς κατὰ τριῶν ἀρτάβων[45]) ὑπὲρ ἑκάστου νομίσματος ἀπαιτηθήσεται παρὰ τοῦ σοῦ θρόνου τὸ λεῖπον ἢ τῇ ἐμβολῇ ἢ τῷ τροφίμῳ, κατὰ τὸ ἐξ ἑκατέρας Αἰγύπτου εἰσφερόμενον· αὐτός τε ὁ ἄρχων καὶ ἰδιώτης γενόμενος, κληρονόμοι τε αὐτοῦ καὶ διάδοχοι, καὶ τὰ αὐτοῦ πράγματα κατ' οὐδένα τρόπον ἐλευθερούμενα, ἕως ἅπαν τὸ ἐντεῦθεν ὄφλημα κατὰ τριῶν ἀρτάβων ἀποτιμώμενον[46]) εἰσκομισθείη[47]) ταῖς τραπέζαις ταῖς σαῖς. ἀλλὰ προσήκει πάντως αὐτὸν καὶ τὴν ἐξ ἑκατέρας Αἰγύπτου πληναρίαν) πρᾶξαι κατὰ τοὺς εἰρημένους καιρούς.*

Augusti ad hanc almam et regiam urbem navibus dirigi non curaverit, eam vero partem quae a nobis in alimoniam donata est mense Septembri non importaverit in Alexandrinorum urbem, sciat fore ut per ternas artabas pro singulis aureis computatione facienda exigatur a throno tuo quod deest sive embolae sive alimoniae, quatenus ex utraque Aegypto illatio facienda est; et ipse praefectus, etsi privatus factus sit, et heredes eius et successores et bona ipsius nullo modo liberantur, donec quidquid inde debetur ad tres artabas aestimatum mensis tuis illatum sit. Ceterum oportet eum omnino etiam plenariam ex utraque Aegypto dictis temporibus facere.

45) Ita Codex constanter accentum ponit. Vulgo scribitur *ἀρταβῶν* ab *ἀρτάβη* quattuor circiter modiorum mensura. 46) Cod. *ἀποτιμωμένων*. 47) Cod. *εἰσκομίσειε*. *) *Μερικὰς ἀποδείξεις* exhibent quorum periculo particulares solutiones sive fiunt sive accipiuntur: *πληναρίας* quorum periculo est ut universi debiti summa sive inferatur sive accipiatur.

Ἐπειδὴ δὲ ἡ ἐπὶ τῆς αἰσίας ἐμβολῆς φροντὶς συνημμένον τε καὶ ἀχώριστον ἔχει τὸν τῶν ναύλων τίτλον, βουλόμεθα καὶ τὰ περὶ τούτου διατυπῶσαι, ὥστε ὁλόκληρον τῷ πράγματι καὶ προσήκουσαν ἐπιθεῖναι τὴν πρόνοιαν· τέως οὖν τὸν τῶν ναύλων ἀποδέκτην βουλόμεθα μὴ ἄδειαν ἔχειν πᾶσιν ἑαυτὸν ἐπεμβάλλειν τοῖς δημοσίοις τέλεσι, καί τισι μὲν τῶν ὑπευθύνων ἐνδιδόναι καὶ τὰ καλούμενα ἐνδοματικὰ[48]) κομίζεσθαι καὶ ἐντεῦθεν τοῦ δημοσίου ῥαθυμεῖν, ἑτέρους δὲ παρὰ τὸ προσῆκον εἰσπράττειν, καὶ πλεῖον ἢ ὡς πρότερον[49]) καὶ παρὰ τοὺς νενομισμένους [καιροὺς], καὶ ἐντεῦθεν λαμβάνειν ἀφορμήν τε καὶ ἀρχὴν τῆς τοῦ πράγματος συγχύσεως, τὸ μὲν ἀπαραίτητον τῶν ναύλων ἀεὶ προτεινόμενον, τῷ δὲ συγκεχυμένῳ τὴν ἑαυτοῦ θεραπείαν θηρῶντα, καὶ ὑπερφρονοῦντα μὲν τῶν τραπεζῶν τοῦ δικαστηρίου τοῦ σοῦ, ὁμοίως δὲ ἅπαντα κέρδους χάριν ὑφ' ἑαυτὸν ποιεῖσθαι σπεύδοντα. ἐπειδὴ τοίνυν ἡ σὴ ὑπεροχὴ

[§ 7. *Naulorum titulus.*] Quoniam vero felicis embolae cura connexum nec separatum habet naulorum titulum, volumus etiam quae ad ipsum pertinent definire, ut rei plene convenienterque prospiciatur. Volumus igitur naulorum susceptori non licere omnibus sese immiscere publicis tributis, et nonnullis fisci debitoribus remittere et quae ἐνδοματικὰ vocantur percipere indeque publicum neglegere, ab aliis vero praeter id quod convenit exigere, tum plura quam antea tum praeter consueta tempora, indeque occasionem sumere et initium confundendae rei, quod naula non possint differri semper praetendenti, ex confusione vero suum ipsius commodum captanti, et mensas quidem tui tribunalis despicienti, simili vero animo omnia lucri causa sibi subicere conanti. Iam postquam excel-

48) Cod. 10, 19, 9. 49) Cod. καὶ πλείονες ὡς βιότερον. Mox supplevi καιροὺς post νενομισμένους; sic enim supra § 5.

πάντα ἀγρύπνως διοικουμένη ἐδίδαξεν ἡμᾶς, ὅσος συλλογίζεται τῶν ναύλων κανὼν ὁ ἐκ τῆς Ἀλεξανδρέων χορηγούμενος εἰς νομισμάτων μυριάδας ὀκτὼ, οἷα καὶ τῆς εὐτυχοῦς σιτοπομπείας εἰς ὀκτακοσίας μυριάδας[50]) συνιούσης, βουλόμεθα τὰς ὀκτὼ ταύτας μυριάδας τῶν νομισμάτων δίδοσθαι τῷ τῶν ναύλων ἀποδέκτῃ ἐκ τῶν ὑποτεταγμένων[51]) ἐπαρχιῶν καὶ πόλεων καὶ τόπων καὶ προσώπων·[52]) διὰ τοῦτο γὰρ ἐν εὐπόροις ἐποιησάμεθα τὴν τοιαύτην ἐκταγὴν, ὥστε μηδὲν[53]) παντελῶς μήτε ἐξ ἀναβολῆς μήτε ἐξ ἐλλείψεως τῆς αἰσίας σιτοπομπείας γενέσθαι. ὁ μέντοι περίβλεπτος αὐγουστάλιος καὶ ἡ πειθομένη τάξις αὐτῷ, κατὰ μίαν ὡς εἴρηται γενομένη συστροφήν τε καὶ ἕνωσιν ἐκ τε τῶν αὐγουσταλιανῶν ἔκ τε τῶν προτέρων δουκικῶν, τὰς εἰσπράξεις ποιή-

lentia tua vigilanter cuncta administrans nos edocuit, quod naulorum canon ex Alexandrinorum urbe subministratus computatur ad octoginta milia aureorum, quippe felici frumenti missione ad octogies centena milia procedente, ista octoginta milia aureorum ex subiectis eparchiis et urbibus et locis et personis naulorum susceptori dari volumus: ideo mimirum hanc delegationem largam fecimus, ne quid omnino nec ex dilatione nec ex defectu felicis missionis frumenti accidat. Spectabilis autem Augustalis et quod ei paret officium, ad unam ut dictum est ex augustalianis et ducianis qui prius fuerant coniunctionem et adunationem redactum, exactiones facient ex

50) Modiorum an artabarum? Cf. Mommsen röm. Gesch. ed. 3. V p. 560 not. 51) Scilicet in notitia huic legi subiecta. 52) Cod. προσόδων. Sed legendum προσώπων, uti mox: etiam in § sequenti est τῶν προσώπων καὶ τῶν τούτων ἐγγυητῶν. Quasnam personas imperator innuat non satis in aprico est. Cogitaverim de iis qui agros late patentes sive fiscales sive patrimoniales conductos habeant. 53) Subintellege δεινὸν vel simile quid.

σονται τῶν πόλεων καὶ τῶν τόπων καὶ τῶν προσώπων τῶν ἀφωρισμένων ἔκ τε τῆς Ἀλεξανδρέων καὶ ἑκατέρας Αἰγύπτου τῷ ἀποδέκτῃ τῶν ναύλων, ὁμοίως καὶ αὐτοῦ τοῦ τῶν ναύλων ἀποδέκτου τὴν τοιαύτην εἴσπραξιν ποιουμένου, ἐφ' ᾧ τε οἰκείῳ κινδύνῳ τόν τε αὐγουστάλιον ὡς εἴρηται τήν τε αὐτοῦ τάξιν ταῦτα ἀπαιτεῖν ἅμα τῷ ἀποδέκτῃ τῶν ναύλων. καὶ αὐτῷ κίνδυνος ἐπέστη τῆς τούτων εἰσπράξεως, ὥστε ἀμέμπτως καὶ ἀπαιτεῖν τὸ χρυσίον καὶ ἐπιδιδόναι τῇ εἰρημένῃ χρείᾳ καὶ διανέμειν τοῖς ναυκλήροις κατὰ τὸ μέχρι νῦν[54]*) εἰθισμένον, συνανύοντος καὶ συγκινδυνεύοντος τῷ αὐτῷ ἀποδέκτῃ τῶν ναύλων πρὸς ἅπαντα τοῦ περιβλέπτου αὐγουσταλίου τῆς τε πειθομένης αὐτῷ τάξεως καὶ τῶν ἀνδρειοτάτων ταγμάτων τῶν ἐν τοῖς τόποις ὄντων σὺν τοῖς αὐτῶν τριβούνοις. οἷα προσῆκον ἐκ τρόπου παντὸς τὸν τῶν ναύλων ἀποπληροῦσθαι*[55]*) λόγον καὶ δίδοσθαι τοῦτον τῷ ἀποδέκτῃ, καὶ δι' αὐτοῦ κατὰ τὸν προσήκοντα καὶ νενομι-*

urbibus et locis et personis delegatis naulorum susceptori ex Alexandrinorum urbe et utraque Aegypto, etiam ipso naulorum susceptore simul eiusmodi exactionem faciente, ita ut proprio periculo et Augustalis sicut dictum est et eius officium haec exigat una cum susceptore naulorum. Cuius etiam ipsius periculo haec exactio erit, ut absque interpellatione aurum exigat et in dictum usum expendat et naviculariis distribuat sicut hactenus moris fuit: cum ipso naulorum susceptore haec peragente et periculum subeunte Augustali et officio quod ei paret et fortissimis cohortibus per loca constitutis cum suis tribunis. Oportet enim omnimodo naulorum rationem compleri et tradi susceptori, et ab ipso conveniente et statuto modo ad-

54) Cod. *νῦν* omittit. 55) Cod. *ἀποκληροῦσθαι*.

σμένον διοικεῖσθαι τρόπον καὶ παρέχεσθαι τοῖς ναυκλήροις ὑπὲρ πάσης τῆς αἰσίας ἐμβολῆς. καὶ αὕτη μὲν πρώτη φροντὶς καὶ διοίκησις αὐτῇ[56]) συνημμένη γενήσεται, ἥ τε τῆς αἰσίας ἐμβολῆς ἥ τε τῶν ναύλων.

Ἐν δευτέρᾳ δὲ τάξει βουλόμεθα τήν τε σὴν ὑπεροχὴν καὶ τὸν κατὰ καιρὸν ἄρχοντα ταύτης τῆς ἀρχῆς[57]) καὶ τούς τε σκρινιαρίους καὶ τρακτευτὰς δύο τε Αἰγύπτων[58]) καὶ Ἀλεξανδρείας προνοεῖν τῆς εἰσπράξεως τῶν δημοσίων φόρων, τῶν εἰς ἑκατέραν τράπεζαν εἰσφερομένων τοῦ δικαστηρίου τῆς σῆς ὑπεροχῆς, τήν τε ἰδικὴν τήν τε γενικὴν*), δηλαδὴ ἐξ ἐκείνων τῶν πόλεων καὶ τῶν προσώπων καὶ τῶν τούτων ἐγγυητῶν καὶ τῶν τόπων τῶν εἰς τοῦτο τὸ μέρος ἀφορισθέντων, ὑποτεταγμένων καὶ αὐτῶν τῇδε τῇ θείᾳ νομοθεσίᾳ. οὐ δυναμένων παντελῶς οὐδὲ τοῦ περιβλέπτου αὐγουσταλίου οὐδὲ τῆς πειθομένης αὐτῷ τάξεως οὐδὲ τοῦ

ministrari et naviculariis praestari pro tota felici embola. Et haec quidem prima cura erit et administratio ei coniuncta felicis embolae et naulorum.

[§ 8. *Publicorum exactio.*] Secundo autem loco volumus excellentiam tuam et eum qui pro tempore hanc administrationem administrabit et scriniarios et tractatores duarum Aegyptorum et Alexandriae prospicere exactioni publicorum tributorum, ad utramque mensam tum specialem tum generalem tribunalis tuae excellentiae conferendorum, nimirum ex urbibus et personis earumque fideiussoribus et locis ad hanc partem deputatis, subiectis et ipsis huic sacrae legi. Nec possit omnino neque spectabilis Augustalis nec officium ei parens nec Dei amantissi-

56) Cod. ἑαυτῇ. 57) Praefecturam Praetoriorum Orientis innuit. 58) Cod. δύο τε ἀπ' Αἰγύπτου. Forte malis δύο τε ἐπ[αρχιῶν] Αἰγύπτου. *) Cod. τῇ δὲ ἰδικῇ τῇ δὲ γενικῇ.

θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου τῶν Ἀλεξανδρέων[59]) *λόγον*[60]) *παρέχειν ἢ ἐξαιρεῖσθαι τῆς εἰσπράξεως τῶν δημοσίων*[61]) *τινάς, ἢ ἐπικοινωνεῖν καθ' οἱανοῦν αἰτίαν τῇ εἰρημένῃ εἰσπράξει τῇ ἀνηκούσῃ ταῖς τραπέζαις τῆς σῆς ὑπεροχῆς ἢ τοῖς προσώποις τοῖς ἀφωρισμένοις αὐτῇ*[62]), *πλὴν εἰ μὴ βοηθείας ἕνεκα τοῦτο αἰτήσειαν γενέσθαι οἱ τρακτευταὶ καὶ οἱ τὸν αὐτῶν πληροῦντες τόπον κατὰ χώραν. εἰ γὰρ τοῦτο αἰτήσουσιν, ἢ εἴπερ προστάξαιεν ἡ σὴ ἐνδοξότης καὶ οἱ κατὰ καιρὸν τὴν αὐτὴν ἔχοντες ἀρχήν, ἀνάγκην ἕξει ὅ τε κατὰ καιρὸν αὐγουστάλιος καὶ οἱ ὑπ' αὐτὸν καθωσιωμένοι στρατιῶται καὶ οἱ τούτων τριβοῦνοι καὶ ἡ πειθομένη τάξις τῷ αὐτῷ μεγαλοπρεπεστάτῳ αὐγουσταλίῳ καὶ πᾶσα πολιτικὴ καὶ δημοσία βοήθεια καὶ ἐπαμύνειν τοῖς σκρινιαρίοις τοῖς σοῖς, καὶ παρασκευάζειν ἅπαντας τοὺς ὑποκειμένους ταῖς τοιαύταις εἰσφοραῖς, ταῖς ἁρμοζούσαις ἑκατέρᾳ τραπέζῃ τοῦ*

mus episcopus Alexandrinorum *λόγον* dare et eximere quosdam ab exactione publicorum, vel immiscere se in quacunque causa dictae exactioni quae ad excellentiae tuae mensas sive personas ad eam deputatas pertinet, nisi id auxilii gratia fieri petierint tractatores et qui locum eorum in regione supplent. Si enim hoc petent, aut si iusserit gloria tua et qui pro tempore eandem administrationem obtinebunt, necessitatem habebit pro tempore Augustalis et devoti milites sub eius dispositione eorumque tribuni et officium eidem magnificentissimo Augustali subiectum et omne civile et publicum adiutorium scriniariis tuis succurrere et operam ferre ut omnes, qui eiusmodi illationibus utrique mensae tribunalis tuae

59) Forte *τῆς Ἀλεξ.* urbis Alexandrinorum. 60) Authent. Nov. 17 c. 6 *λόγον* latine reddit *verbum*. De *λόγῳ* dixi in Gesch. d. griech.-röm. Rechts p. 307 sq. 61) Cod. *τῆς δημοσίας*. 62) Cod. *αὐτῷ*.

δικαστηρίου τῆς σῆς ὑπεροχῆς, δίχα τῆς οἱασοῦν ἀναβολῆς τοὺς ἐπικειμένους αὐτοῖς[63]) εἰσφέρειν δημοσίους φόρους καὶ μὴ τολμᾶν ἀντιλέγειν. εἰ γάρ τις[64]) ἐξ ἑκατέρας Αἰγύπτου ἢ τῶν κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν οἰκούντων καὶ ὑποκειμένων ταῖς τοιαύταις εἰσφοραῖς (ἐξῃρημένου τοῦ Μαρεώτου καὶ τοῦ Μενελαΐτου τῆς πόλεως, περὶ ὧν ἐν τοῖς ἐφεξῆς τὰ προσήκοντα διατυπώσομεν) τολμήσειεν ἀντιβλέψαι πρὸς τὴν δόσιν ἢ κατά τι ἐναντιωθῆναι, καὶ μὴ ὁ περίβλεπτος αὐγουστάλιος ἔχων καὶ τὴν στρατιωτικὴν καὶ τὴν πολιτικὴν ἀρχὴν καὶ οἱ τῶν ταγμάτων πρωτεύοντες καὶ τριβοῦνοι καταναγκάσουσιν αὐτὸν ἢ αὐτοὺς τὰ ὀφειλόμενα εἰσενεγκεῖν καὶ τὴν εὐγνωμοσύνην τὴν πρὸς τὸ δημόσιον ἀγαπῆσαι, ἴστωσαν, ὡς αὐτὸς μὲν ὁ μεγαλοπρεπέστατος αὐγουστάλιος καὶ πᾶσα βοήθεια ἧς ἔμπροσθεν ἐμνήσθημεν κινδυνεύσουσιν ἐπί τε ταῖς ζώναις [καὶ ἐπὶ ταῖς ποιναῖς δοθησομέναις][65]) εἰς τὸ δημόσιον καὶ

excellentiae competentibus sunt obnoxii, absque quacunque dilatione imposita sibi publica tributa inferant neque contradicere audeant. Si quis enim ex his, qui in utraque Aegypto aut Alexandriae habitant et talibus illationibus obnoxii sunt (excepta Mareota et Menelaita urbe, de quibus in sequentibus convenientia statuemus), despicere dationem aut in aliquo adversari audeat, et spectabilis Augustalis tam militarem quam civilem administrationem habens et cohortium priores et tribuni eum vel eos debita inferre et probitatem adversus publicum praeferre non coegerint, sciant ipsum magnificentissimum Augustalem et omne adiutorium cuius modo mentionem fecimus periculum subire circa cingula et circa multas fisco inferen-

63) Cod. *αὐτούς*. 64) Cod. *τῶν*. 65) Haec fere supplenda sunt, licet lacunae signum in codice non sit. Vide sis quae § 9 extr. dicentur.

εἰς μέρος τῶν ὀφειλομένων καταλογιζομέναις, οἱ δὲ ἀντειπεῖν[66]) θαῤῥήσαντες δημοσίαν ὄψονται τὴν ἑαυτῶν περιουσίαν γενομένην καὶ ἑαυτοὺς ἔξω τῆς χώρας ἐλαυνομένους. πρόδηλον δὲ, ὡς πᾶσι τοῖς διαταχθησομένοις παρὰ τῆς σῆς ὑπεροχῆς ὁ κατὰ καιρὸν αὐγουστάλιος ὑποκείσεται τῆς σῆς ὑπεροχῆς ἐξουσίᾳ τε καὶ ἀρχῇ, καθάπερ μέχρι τοῦ παρόντος πεφύλακται.

Εἰ μέντοι βουληθῇ ἡ σὴ ἐνδοξότης ἢ οἱ σκρινιάριοι ἢ οἱ τρακτευταὶ ἢ οἱ τὸν[67]) ἐκείνων πληροῦντες τόπον κατὰ χώραν λόγον τισὶ δοθῆναι προσώποις, ὑπὲρ αὐτῶν αὐτοὶ κινδυνεύσουσιν· δώσει μέντοι τοῦτον ὁ θεοφιλέστατος πατριάρχης ἐπὶ τοσαύτας ἡμέρας ἐκτεινόμενον καὶ ἐπὶ τούτοις τοῖς ὅροις, ἐφ' οἷς ἂν παρὰ τῆς ἀρχῆς τῆς σῆς ὑπεροχῆς προσταχθείη ἢ παρὰ τῶν τρακτευτῶν αἰτηθείη. εἰ δὲ παρὰ ταῦτα γένοιτό τις λόγου δόσις, αὐτὴ παντελῶς ἔσται ἄκυρος.[68])

das et in partem debitorum computandas: qui autem adversari fuerint ausi bona sua publicata videbunt seque e regione eiectos. Manifestum vero est, quod in omnibus quae ab excellentia tua disponentur pro tempore Augustalis tuae excellentiae imperio et administrationi subiacebit, sicuti usque nunc observatum est.

[§ 9. *De λόγῳ propter publica dando.*] Si tamen voluerit gloria tua vel scriniarii tractatoresve vel qui eorum locum in regionibus tenent, λόγον quibusdam personis dari, super iis ipsi periculum sustinebunt. Eum autem dabit Dei amantissimus patriarcha in tot dies extensum et sub eis condicionibus, quas tuae excellentiae administratio statuerit vel quas tractatores petierint. Si vero praeter haec λόγος detur, datio penitus irrita erit.

66) Cod. ἀντικεῖν. 67) Cod. τῶν. 68) Cod. κυρία. Sed cf. quod mox legitur παντελῶς ἄκυρον.

οὔτε γὰρ δίδομεν δή ποτε γοῦν ἀσυλίας[69]) λόγον τινὰ παρὰ ταῦτα παρέχειν [οὔτε λαμβάνειν] τοῖς προσώποις τοῖς ἑκάστῃ ἀφωρισμένοις αἰτίᾳ συγχωροῦμεν, πλὴν εἰ μὴ ἐπὶ τούτῳ τὸν λόγον λάβοιεν, ἐφ᾽ ᾧτε δημοσίᾳ φαίνεσθαι, καὶ πάντως εἴσω ῥητῶν ἡμερῶν πᾶν ὅσον ὀφείλουσι τὸ δημόσιον ἐκπληρῶσαι ἢ τὴν ἀποχρῶσαν τοῖς τρακτευταῖς ἢ σκρινιαρίοις παρέχειν ἀσφάλειαν· πρὸς τῷ[70]) τὸν παρὰ ταῦτα εἰληφότα λόγον παρ᾽ οἱουδήποτε προσώπου ἴσον τοῖς οὐκ ἀπολαμβάνουσιν[71]) εἶναι, καὶ ὑπομένειν τὴν εἴσπραξιν καὶ ἔνδον τῶν ἁγίων περιβόλων. εἰ δὲ ὁ θεοφιλέστατος ἀρχιεπίσκοπος παρὰ τὰ εἰρημένα δοίη λόγον, ἀνάγκην ἕξουσιν οἱ θεοφιλέστατοι οἰκονόμοι καὶ οἱ ἐκκλησιέκδικοι τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας τὴν ἐντεῦθεν συμβαίνουσαν τῷ δημοσίῳ ζημίαν ἐπιγνῶναι οἴκοθεν καὶ ἐκ τῆς ἰδίας αὐτῶν ὑποστάσεως. εἰ δὲ μὴ

Neque enim cuiquam damus ut praeter haec asyli *λόγον* praestet, nec personis cuivis causae delegatis *λόγον* sumere concedimus, nisi ad hoc accipiant ut in publico versentur et omnino intra certos dies totum quod debent publico exsolvant aut sufficientem tractatoribus scriniariisve cautionem praestent. Ad hoc qui praeter haec *λόγον* a quacunque persona acceperit aequalis sit eis qui non acceperunt, et intra sancta etiam septa exactionem sustineat. Si vero Dei amantissimus archiepiscopus praeter dicta *λόγον* dederit, necessario Dei amantissimi oeconomi et defensores sanctissimae ecclesiae damnum hinc publico illatum de suo et de propria substantia restituent: si vero

69) Cod. *αἰτίας*. Sed infra recte *ἀσυλίας*. Quae mox uncis inclusi supplenda erant tum propter *οὔτε* quod praecedit tum ut habeat *συγχωροῦμεν* quo referatur. 70) Cod. *τό*. 71) Cod. *τρόπον ἴσως τοῖς ἀπολαμβ.* Id quod ex his quae c. IV § 9 leguntur corrigendum fuit.

εὐπορήσειαν, ἐκ τῶν τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας χρημάτων τε καὶ πραγμάτων τὸ ἱκανὸν τῷ δημοσίῳ γενήσεται. εἰ δὲ τολμήσουσι παρὰ γνώμην τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου[72]) *αὐτοὶ δοῦναι λόγον, οὐ μόνον ἔσται τὸ λεγόμενον*[73]) *παντελῶς ἄκυρον, ἀλλ' αὐτοὶ τὴν ζημίαν θεραπεύσουσι τῷ δημοσίῳ, τοῦ μακαριωτάτου πατριάρχου, εἰ τοῦτο παρὰ γνώμην αὐτοῦ πράξειαν, πάντως αὐτοὺς καὶ ἀποκινοῦντος τῶν φροντίσεων*[74]) *ὧν ἔχουσι καὶ τῆς ἱερωσύνης ἐκβάλλοντος. εἰ δὲ ἄρχων παρὰ τὰ διηγορευμένα δοίη τινὶ λόγον ὀφείλοντι δημόσια ταῖς σαῖς τραπέζαις ἀφωρισμένα, τουτέστιν ἢ ὁ αὐγουστάλιος ἢ οἱ λαμπρότατοι τριβοῦνοι [ἢ] οἱ*[75]) *πρωτεύοντες τῶν ταγμάτων, τῆς τε ἀξίας καὶ τῆς ἀρχῆς παραλυθήσονται, καὶ θεραπεύσουσι τῷ δημοσίῳ τὴν αὐτὴν ζημίαν καὶ ἰδιῶται γενόμενοι, καὶ οὐ περιόντες μόνον ἀλλὰ δὴ καὶ τελευτή-*

locupletes non fuerint, ex pecuniis et rebus sanctissimae ecclesiae publico satisfiet. Quod si ipsi citra voluntatem Dei amantissimi archiepiscopi *λόγον* dare fuerint ausi, non modo quod dictum est penitus irritum erit, sed ipsi damnum publico resarcient, et beatissimus patriarcha, si hoc praeter voluntatem eius fecerint, eos omnino a ministeriis quae habent removebit et e sacerdotio eiciet. Si vero iudex contra vetita dederit *λόγον* cuipiam qui publica mensis tuis deputata debet, id est sive Augustalis sive clarissimi tribuni sive priores cohortium, a dignitate et administratione removebuntur, et publico idem damnum resarcient vel privati facti, nec superstites solum verum

72) Malim *ἀρχιεπισκόπου*. Nam sermo est de Patriarcha qui et *ἀρχιεπίσκοπος* appellatur. Sed et supra p. 27 lin. 2 simpliciter *ἐπίσκοπος* audit. 73) I. e. verbum, sicut *ὁ λόγος* ab Authentico latine redditur. 74) Vox inusitata. Infra c. IV § 9 est *φροντισμάτων*. 75) Infra c. IV § 9 *ἢ οἱ πρωτεύοντες ὄντες*.

σαντες· ἐνέξονται γὰρ αὐτοὶ καὶ κληρονόμοι ταῖς τοιαύταις ἀπαιτήσεσι καὶ τὰ αὐτῶν πράγματα, ὥστε εὐλαβείᾳ τῶν ποινῶν μηδὲν*) ἁμαρτάνεσθαι τοιοῦτον, μηδὲ διαφεύγειν τὴν ποινὴν ἄχρις ἂν τὸ πᾶν ὄφλημα διαλυθείη. εἰ δέ τις [τὸ] ἐναγόμενον ἀφέλοιτο πρόσωπον ἐκ τῶν ἁγίων περιβόλων[76]) ἢ τόπων ἢ καὶ ἐμποδὼν τῇ ἀπαιτήσει ἔσται, δεῖ καὶ τοῦτον ὁμοίως παντὸς[77]) οὗπερ ὁ ἀφαιρεθεὶς ὑπεύθυνος γέγονεν ἔνοχον εἶναι, καὶ ἀπαιτεῖσθαι σὺν κληρονόμοις ἰδίοις καὶ διαδόχοις καὶ τοῖς αὐτοῦ πράγμασιν. ἀλλ' αὐτοὺς ὡς εἴρηται τοὺς καὶ τὸν πάντα κίνδυνον ἔχοντας ἐπὶ τούτῳ (φαμὲν δὴ τοὺς τρακτευτὰς καὶ σκρινιαρίους) αὐτοὺς καὶ τὴν πᾶσαν ἐξουσίαν καὶ τὴν διοίκησιν τοῦ πράγματος ἔχειν, καὶ πάντα τὸν κανόνα ταῖς τραπέζαις ταῖς σαῖς ἐκ τῶν εἰρημένων διαφέροντα πόλεών τε καὶ ἐπαρχιῶν καὶ τόπων ἐκπέμπειν ταῖς

etiam defuncti: tenebuntur enim ipsi heredesque eiusmodi exactionibus et res eorum, ut poenarum metu nihil tale committatur nec poenam effugiant donec debitum totum persolutum sit. Si quis vero personam ream e sanctis septis vel locis abstraxerit aut etiam exactioni impedimento sit, oportet et hunc similiter in omne in quod exemptus tenebatur obstrictum et exactioni cum heredibus suis et successoribus et rebus suis obnoxium esse: eos vero ut dictum est qui omne periculum super hac re subeunt, tractatores dicimus et scriniarios, ipsos etiam omnem potestatem et curationem rei habere, totumque canonem qui mensis tuis ex dictis urbibus et eparchiis et locis competit transmittere mensis excellentiae tuae,

*) Forte *μηδένα*. 76) Cod. *τῶν αὐτῶν πόλεων*. Sed *τῶν αὐτῶν πόλεων* non habet quo referatur nec retineri potest propter *τόπων* quod sequitur: nam de his supra nihil dictum est. 77) Cod. *πάντως*.

τραπέζαις τῆς σῆς ὑπεροχῆς, τῇ τε γενικῇ τῇ τε ἰδικῇ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιδιδόναι οἷς ἂν αὐτὸς διατυπώσειας.

Ἡμεῖς δὲ θεσπίζομεν, ἀνάγκην ἔχειν τὸν περίβλεπτον αὐγουστάλιον καὶ ἐπαμύνειν τοῖς τε παρὰ τοῦ σοῦ θρόνου στελλομένοις εἰς τοῦτο καὶ τοῖς τρακτευταῖς καὶ σκρινιαρίοις ἤτοι τῷ πληροῦντι τὸν αὐτῶν τόπον ἐπὶ ταῖς εἰσπράξεσι ταῖς δρώσαις αὐτοὺς καὶ εἰς τὴν γενικὴν καὶ ἰδικὴν ἀναφερομέναις[78]) *τράπεζαν. εἰ δέ τινας συμβαίη τῶν ἐκ τῶν εἰρημένων χωρῶν ἀγνωμονεῖν περὶ τὸ δημόσιον, καί τινα ταραχὴν πειρᾶσθαι ποιεῖν ἵνα διαφύγοιεν τὴν εἴσπραξιν, θεσπίζομεν ἄδειαν ἔχειν τὸν τρακτευτὴν*[79]) *ἤτοι τοὺς σκρινιαρίους ἤτοι τὸν ἐπέχοντα τὴν τάξιν*[80]) *αὐτῶν δῆλα ταῦτα καθιστᾶν τῷ μεγαλοπρεπεστάτῳ αὐγουσταλίῳ, τὸν δὲ οἰκείῳ κινδύνῳ καὶ τῆς πειθομένης αὐτῷ τάξεως καταναγκάζειν τοὺς στρατιώτας ἀμύνειν τῷ πράγματι, καὶ συνέχειν τοὺς*

tum generali tum speciali, aliisque tradere quibus tu dare constitueris.

[§ 10. *De Augustalis adiutorio.*] Nos autem sancimus spectabilem Augustalem necesse habere etiam opem ferre tam eis qui ad hoc a throno tuo mittuntur quam tractatoribus et scriniariis sive ei qui eorum locum supplet in exactionibus ad ipsos respicientibus et ad generalem et specialem mensam referendis. Si quos vero ex dictis territoriis improbos circa publicum esse contigerit et aliquem tumultum excitare ut exactionem effugiant, sancimus licentiam esse tractatori sive scriniariis sive ei qui locum eorum obtinet haec manifesta faciendi magnificentissimo Augustali, qui sui ipsius et officii sibi parentis periculo milites cogat succurrere rei et comprehendere improbos et

78) Cod. *ἀναφερομένων*. 79) Singulare est quod *τὸν τρακτευτὴν* scribitur, dum aliis locis plurali numero exhibeantur. Nolui tamen quidquam mutare. 80) Supra est *τὸν τόπον*.

ἀγνωμονοῦντας καὶ ἀπαιτεῖν τὰ ταῖς τραπέζαις ὀφειλόμενα οἰκείῳ κινδύνῳ, ὥστε διά τε τῆς πολιτικῆς διά τε τῆς στρατιωτικῆς χειρὸς ταῦτα ἀνυόμενα ἀνυπέρθετον ἔχειν τὴν εἴσπραξιν, τήν τε ἐπὶ τὴν μεγάλην ταύτην πόλιν εἰσφοράν. εἰδότων τῶν λαμπροτάτων τριβούνων τῶν[81]) ἀνδρειοτάτων στρατιωτῶν καὶ μάλιστα τῶν ἐν αὐτοῖς πρωτευόντων, ὅτι τούτου εἰ ῥαθυμήσειαν καὶ μὴ παρασκευάσουσιν αὐτοὺς[82]) ἅπαντα πρᾶξαι ὁπόσα εἰρήκαμεν, καὶ περὶ τῶν σιτήσεων κινδυνεύσουσι. παρακατασχεθήσονται γὰρ αὗται παρὰ τοῦ κατὰ καιρὸν αὐγουσταλίου καὶ εἰσκομισθήσονται ταῖς σαῖς τραπέζαις οἰκείῳ κινδύνῳ, καὶ δήμευσιν ὑποστήσονται οἵ τε λαμπρότατοι αὐτῶν τριβοῦνοι καὶ οἱ ἐν αὐτοῖς πρωτεύοντες (οἵπερ καὶ κεφαλικὴν τιμωρίαν εὐλαβείσθωσαν), καὶ τὸ πᾶν τάγμα μεταστὰν ἐκ τῆς χώρας ἐν τοῖςποῤῥωτέρω τοῦ Ἴστρου ἤτοι Δανουβίου ποταμοῦ τόποις μετατεθήσεται, τοῖς ἐκεῖσε λιμίτοις τῆς[83]) παραφυλακῆς ἕνεκα προσκαρτερῆσον.

proprio periculo exigere quae mensis debentur, ita ut haec tam civili quam militari manu adiuta sine dilatione exactionem recipiant et in magnam hanc urbem importentur. Et sciant clarissimi tribuni fortissimorum militum et maxime priores eorum, quod si hoc neglexerint nec omnia facere procuraverint quae diximus, de annonis etiam periculum subibunt: retinebuntur enim eae ab Augustali qui pro tempore fuerit et inferentur mensis tuis ipsius periculo, et bonorum publicationem sustinebunt clarissimi eorum tribuni et qui inter ipsos priores sunt (qui et capitis poenam metuant), et universa cohors e regione mota in loca ultra Istrum sive Danubium transferetur ut illic circa limites custodiae causa permaneat. Illi vero

81) Cod. τῶν τε. 82) Forte αὐτοί, et ita verti.
83) Cod. τοῖς.

αὐτοί τε οἵ πρὸς τὸ δημόσιον ἀγνωμονήσαντες καὶ τὴν τοιαύτην ἀναγκαίαν[84]) *ἀναμείναντες* [*ἄμυναν*] *δήμευσίν τε καὶ ἐξορίαν ὑποστήσονται διηνεκῆ, τῇ Σεβαστουπολιτῶν καὶ Πιτυούντων, αἵπερ εἰσὶν ἐπ' ἐσχάτου τῆς* [*'Αβασγίας*[85]) *καὶ*] *τοῦ Εὐξείνου Πόντου κατοικήσοντες.*

Τὴν δὲ αὐτὴν καὶ ὁμοίαν φροντίδα τῷ περιβλέπτῳ αὐγουσταλίῳ ἐπιτίθεμεν καὶ προφάσει τῶν largitionalicῶν *τίτλων καὶ πάντων τῶν προσηκόντων εἰς τὰς θείας ἡμῶν λαργιτίονας, ἀνυομένων παρ' αὐτοῦ καὶ τῆς αὐτοῦ τάξεως εἴτε κατὰ τὴν 'Αλεξανδρέων αὐτὴν εἴτε κατὰ Αἰγύπτους ἀμφοτέρας. καὶ γὰρ τούτων ἡμῖν ἡ αὐτὴ*[86]) *καθέστηκε φροντὶς, καὶ προσῆκόν ἐστιν αὐτόν τε καὶ τὴν αὐτοῦ τάξιν κινδύνῳ οἰκείῳ προνοεῖν τῆς εἰσπράξεως τῶν* largitionalicῶν *τελῶν*[87]), *καὶ τῶν αἰτιῶν ἁπασῶν τῶν εἰς τὰς θείας ἡμῶν*

qui adversus publicum improbi fuerunt et eiusmodi executionem exspectaverunt, publicationem bonorum ac perpetuum exilium sustinebunt, in Sebastopolitanorum et Pityuntium urbibus quae sunt in ore ultimo Abasgiae et Ponti Euxini habitaturi.

[§ 11. *Largitionalia.*] Eandem vero et aequalem curam spectabili Augustali imponimus etiam largitionalium titulorum causa et omnium quae ad sacras nostras largitiones pertinent, quae ab ipso officioque eius sive in ipsa Alexandrinorum urbe sive in utraque Aegypto expedienda sunt. Haec enim nobis aeque curae sunt, et oportet eum eiusque officium proprio periculo curare exactionem largitionalium vectigalium et omnium causarum

84) Agylaeus emendavit *ἀνάγκην*, ego vero post *ἀναμείναντες* potius *ἄμυναν* vel *ἀπαίτησιν* supplendum arbitror. 85) In codice iam circiter 10 lineae in albo relictae sunt. Neque tamen locus est longiore supplemento, immo verbo *'Αβασγίας* lacuna satis expletur. 86) Cod. *αὔτη*. 87) Legerim *τίτλων*,

ἀνηκουσῶν λαργιτιόνας, ὥστε τὰς τοιαύτας δημοσίας εἰσφορὰς τὰς τοῖς θείοις ἡμῶν ἁρμοττούσας θησαυροῖς καὶ εἰσπράττεσθαι καὶ ταῖς θείαις ἡμῶν εἰσφέρεσθαι largitiόσι *μετὰ παντὸς κινδύνου τοῦ περιβλέπτου αὐγουσταλίου καὶ τῆς πειθομένης αὐτῷ τάξεως. εἰ γάρ τι τούτων ἀμεληθείη, κίνδυνος αὐτὸν περιστήσεται ἐπί τε τῇ ἀρχῇ ἐπί τε τῇ περιουσίᾳ τῇ οἰκείᾳ, καὶ οὐ μόνον ἕως ἐπὶ τῆς ἀρχῆς ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ὕστερον καὶ ἐπειδὰν ταύτην ἀπόθοιτο καὶ κατὰ διαδόχων αὐτοῦ καὶ κληρονόμων· ἐνέξεται γὰρ ταῖς τοιαύταις εἰσπράξεσιν οὐκ αὐτὸς μόνος, ἀλλὰ καὶ κληρονόμοι αὐτοῦ καὶ διάδοχοι, ἕως ἂν πάντα ἐκπληρώσειαν τὰ ταῖς θείαις ἡμῶν* largitiόσιν *ἐκ τῶν ὑποτεταγμένων*[88]) *αὐτῷ τόπων ὀφειλόμενα. καὶ οὔτε λόγον ἀσυλίας τὶς παρέξει τοῖς ὑποκειμένοις αὐτῷ, πλὴν ἐκείνων, οἳ καὶ τὸν κίνδυνον*

ad sacros nostras largitiones pertinentium, ita ut huiusmodi publicae illationes quae sacris nostris thesauris competunt et exigantur et sacris nostris largitionibus inferantur cum omni periculo spectabilis Augustalis et officii ipsi obtemperantis. Si quid enim horum neglectum fuerit, periculum ei imminebit tam administrationis quam substantiae suae, idque non solum dum in administratione erit, sed postea quoque et postquam eam deposuerit et in successores eius et heredes: etenim obnoxius erit hisce exactionibus non ipse solum, sed et heredes eius et successores, donec cuncta expleverint quae sacris nostris largitionibus debentur ex locis ei subiectis. Nec *λόγον ἀσυλίας* his qui ei subsunt quisquam dabit exceptis iis qui etiam

nisi mox idem per *αἰτιῶν* indicatum sit. *Τελῶν* verti vectigalium; possit etiam reddi impensarum, sumptuum. Cf. infra § 13 not. 9. 88) An in notitia huic legi subiecta, ut mox *αὐταῖς* legendum sit?

[ἐπέχουσι τῆς εἰσπράξεως][89]), τῆς εἰσπράξεως καθάπερ εἴρηται γινομένης κινδύνῳ τοῦ κατὰ καιρὸν περιβλέπτου αὐγουσταλίου καὶ τῆς πειθομένης αὐτῷ τάξεως, τῶν δὲ χρημάτων μεταβαλλομένων[90]) ἐπὶ τοὺς καθωσιωμένους τῶν θείων largitiόνων παλατίνους, οἷς τούτου μέλει τοῦ μέρους, καὶ τοὺς ἄλλως στελλομένους ἐπὶ τοῦτο*) παρὰ τοῦ προεστῶτος τῆς αὐτῆς εὐκλεοῦς ἀρχῆς ἐνδοξοτάτου ἄρχοντος . . . .[91]) καὶ οὔτε λόγον συγχωρήσουσι[92]) δοῦναί τινι[93]) παρὰ τὰ ἔμπροσθεν διηγορευμένα, οὔτε ἐμπόδισμά τε γενέσθαι περὶ τὰς εἰσπράξεις. οἵ τε καθωσιωμένοι στρατιῶται οἵ[94]) ἐν ταῖς χώραις ἐκείναις καὶ ἐν ταῖς πόλεσιν ὄντες τὰ αὐτὰ πείσονται, εἰ μὴ κἀκεῖνοι ἀμύνοιεν, καὶ ἐκ τρόπου παντὸς

periculum sustinent exactionis, exactione ut dictum est periculo pro tempore spectabilis Augustalis et officii ipsi obtemperantis facienda, pecuniis vero ad devotos sacrarum largitionum palatinos transferendis quibus huius rei cura incumbit, eosve qui praeterea ad hoc mittuntur a gloriosissimo praefecto huius inclytae administrationis . . . neque *λόγον* dare cuiquam praeter ea quae antea dicta sunt sinent neque impedimento aliquid fieri circa exactiones. Devoti autem milites qui in regionibus istis et in urbibus sunt eadem sunt passuri, nisi et ipsi opem ferant, et

89) Inclusa ob repetitam vocem τῆς εἰσπράξεως omissa esse videntur. 90) Forte καταβαλλομένων. Mox enim ἐπὶ τοὺς στελλομένους καταβληθείη. *) Scrimger ἐπὶ τούτῳ. 91) Lacunae signum in cod. non est. Complura tamen excidisse videntur. Cf. c. II § 3. 92) Cod. συγχωρήσεως. Osenbrüggen συγχωρήσεις legi voluit. Atqui Praefectum Praetorio, cui nihil commune est cum largitionibus, hoc loco alloqui imperator non potest. Subintellegendi sunt palatini citra quorum voluntatem λόγος dari non potest: cf. c. II § 3. 93) Cod. τινα. 94) Cod. ἢ οἱ. Agylaeus legi vult καὶ οἱ ἐν ταῖς χ. ἐ. καὶ οἱ ἐν ταῖς. Fortasse altius corruptela latet: tribunos et priores appellari exspectes.

ἀνυσθείη τὰ largitionalicὰ χρήματα καὶ ἐπὶ τοὺς εἰς τοῦτο στελλομένους καταβληθείη, καὶ γένηται ἐπ' αὐτοῖς πᾶσα προθυμία καὶ εἴσπραξις, ὅσην καὶ ἐπὶ τοῖς ἀρκαρίοις[95]) γενέσθαι διεταξάμεθα.

Δίδομεν δὲ καὶ ἐκεῖνο τῷ περιβλέπτῳ αὐγουσταλίῳ, ὥστε ἐφ' ἅπασι διακελεύεσθαι καὶ στρατιώταις καὶ παγάρχαις[96]) καὶ τοῖς τὰ δημόσια πράττουσι τὰ ὑπὸ τὴν αὐτοῦ καθεστῶτα διοίκησίν τε καὶ ἐξουσίαν. οὐ μέντοι δύνασθαι τοὺς παγάρχας ἀγνωμονοῦντας ἢ περὶ τὸν σῖτον ἢ περὶ τὰ ναῦλα ἢ περὶ τὰ ἄλλα δημόσια τὰ ἀνήκοντα ταῖς εἰρημέναις αἰτίαις ἢ ταῖς κατὰ χώραν δαπάναις ἀποκινεῖν κατ' ἐξουσίαν· ἀλλ' εἴ τι πράττοιεν κακὸν, οὐκ ἀποκινήσει μὲν αὐτοὺς, ἐν

omni modo largitionales pecuniae expeditae et eis qui ad hoc missi sunt exsolutae fuerint, et in his omnis alacritas adhibeatur et exactio quantam etiam in arcariis adhiberi statuimus.

[§ 12. *De potestate Augustalis in exactionibus super pagarchis et curialibus.*] Tribuimus vero etiam illud spectabili Agustali, ut in omnibus imperet et militibus et pagarchis et his qui publica sub eius administratione et potestate constituta tractant, non autem ut pagarchas indevote versantes sive circa frumentum sive circa naula sive circa reliqua publica quae ad dictas causas aut sumptus in regione faciendos pertinent pro sua potestate removere possit. Sed si quid mali fecerint, non removebit quidem

95) Infra ἀρκαρικὰ dicuntur. 96) Cod. πατάρχαις, et mox τοὺς πατάρχας. Utroque loco Scrimgerus edidit πατράρχ., ut hanc vocem cum eis quae mox leguntur πατραρχῶν et πατραρχίας exaequaret. Ego vero potius haec emendanda esse arbitror; cf. supra not. 4 et librum de caerimon. ed. Bonn. I 679 (ubi πάτραρχος) et notam Reiskii II 799. Infra c. III § 3 recte παγάρχων, παγαρχίας.

ἀσφαλείᾳ[97]) δὲ καταστήσει καὶ περισκοπήσει ἑτέρους τοὺς τῷ πράγματι χρησομένους ὀρθῶς, καὶ ἅπαντα μηνύσει ἐνταῦθα τῷ θρόνῳ τῷ σῷ καὶ δι' αὐτοῦ τῇ βασιλείᾳ, ὥστε ἡμᾶς πάντα γινώσκοντας τὰ προσήκοντα πράττειν ἐπί τε τῇ τῶν οὐκ ὀρθῶς τῷ πράγματι χρησαμένων ἐκβολῇ ἐπί τε τῇ τῶν ἐπιλεγέντων παγάρχων[98]) εἴ γε[99]) συνίδοιμεν ἐγκαταστάσει καὶ παραδόσει[100]) τῶν τε εἰς τὰς παγαρχίας[101]) ἀνηκόντων τῶν τε εἰς τὰς οὐσίας τὰς αὐτῶν. ἀλλὰ καὶ [οἱ] πολιτευόμενοι[102]) οἵ τε κατὰ Ἀλεξάνδρειαν οἵ τε κατὰ τὰς δύο Αἰγύπτους ὑποκείσονται αὐτῷ, καὶ πάντες ὅσοι δημόσια χειρίζουσιν ἐν ταῖς ὑποκειμέναις αὐτῷ χώραις ταῖς εἰσπράξεσιν ἀπονενεμημένα ταῖς αὐτοῦ· ἄδειαν ἔχοντος, κἂν εἰς ἑτέρας τινὰς εἶεν[103]) χώρας τὰς μὴ ὑποκειμένας αὐτῷ, καὶ ἄγειν

illos, sub cautione vero constituet, et alios anquiret qui recte rem expediant, et omnia huc throno tuo et per eum imperatori nuntiabit, ut nos omnia cognoscentes quae convenit statuamus tam de eiectione eorum qui non recte negotium expedierunt quam de electorum pagarcharum si nobis placuerit institutione et de traditione eorum quae ad pagarchias et quae ad bona eorum pertinent. Sed et curiales tam Alexandriae quam in duabus Aegyptis ei subiecti erunt et omnes quicunque publica tractant in regionibus ei subiectis eius exactionibus attributa. Et liceat ei, etiamsi in aliis regionibus sint quae ei non sub-

97) Possis etiam vertere: *in custodia*. Sed de cautione cogitaverim, ut quod supra § 8 de fideiussoribus legitur de eiusmodi cautione intellegatur dictum. Et infra c. III § 3 est *ὑπὸ ἀσφάλειαν*. 98) Cod. *πατραρχῶν*. 99) Cod. *εἴ τε*. 100) Cod. *ἐγκαταστήσει καὶ παραδώσει*. Forte *ἀντικαταστάσει* legendum: conferas c. III § 12 *ἀντικαθισταμένων*. 101) Cod. *πατραρχίας*. 102) Cod. *πολιτευομένων*. Emendavit Agylaeus; Osenbrüggen mavult *τῶν πολιτευομένων*. 103) Cod. *καὶ . . . εἰ ἐν*.

πρὸς ἑαυτὸν καὶ εἰσπράττειν τὰ δημόσια, καὶ εἴ τινες τῶν κεκτημένων ἐπὶ Ἀλεξανδρείας ἢ ἐν Αἰγύπτοις δύο ἑτέρωθι διάγοιεν ἢ οἰκοῖεν [ἐν] ἐπαρχίαις οὐχ ὑποκειμέναις[104]) αὐτῷ, καὶ τούτους ἐπαναγαγεῖν εἰς ἣν ἀπέλιπον χώραν, ὥστε μηδὲν ἐμπόδισμα τοῖς δημοσίοις γενέσθαι τοῖς ἐπικειμένοις αὐτῷ.[105]) ταὐτοῦ τούτου πραττομένου, εἰ καί τινες ὀφείλοιεν δημόσια ἀνήκοντα ταῖς τραπέζαις ταῖς σαῖς, καὶ οἱ τρακτευταὶ καὶ οἱ τὸν ἐκείνων πληροῦντες τόπον καὶ ἐπικείμενοι ταῖς εἰσπράξεσι τῆς γενικῆς καὶ ἰδικῆς τραπέζης[106]) τοιοῦτό τι δῆλον αὐτῷ καταστήσειαν· καὶ ἐπὶ τούτῳ γὰρ ὁμοίως καὶ ἐκπέμψει καὶ ἄξει τούτους, ὥστε καὶ αὐτοὺς παρὰ τῶν τρακτευτῶν τῶν σῶν ὑπομένειν τὴν εἴσπραξιν· οὐ δυναμένων τῶν ὀφειλόντων καὶ ἐν ἑτέροις ὄντων τόποις παραγράφεσθαι τὸν αὐγουστάλιον ἐπὶ τῇ τῶν δημοσίων αἰτίᾳ ὡς μὴ πρόσφορον αὐτοῖς δικαστὴν καθεστῶτα. ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν largitionalicῶν ἀπαιτήσεων γίνεσθαι βουλόμεθα.

iectae sunt, eos ad se trahere et publica exigere, et si qui Alexandriae vel in duabus Aegyptis possessores alibi degant vel habitent in eparchiis ei non subiectis, hos reducere in regionem quam deseruerunt, ut publicis quae ipsi incumbunt nihil impedimento sit. Quod idem tractabitur, si qui publica mensis tuis destinata debeant, et tractatores quive eorum locum supplent et exactionibus generalis vel specialis mensae incumbunt eiusmodi quid ei significaverint: nam et hoc casu similiter mittet et ducet eos, ut et ipsi a tractatoribus tuis exactionem sustineant. Nec poterunt debitores in aliis locis versantes Augustalem praescribere in causa publicorum utpote qui non sit competens eorum iudex. Quod etiam in largitionalibus exactionibus fieri volumus.

104) Cod. ὑποκειμένων. 105) Cod. τοῖς ὑποκειμένοις τοῖς αὐτοῦ. 106) Cod. ταῖς γενικαῖς καὶ ἰδικαῖς τραπέζαις.

Ὑπόλοιπος δὲ ἐν ταῖς εἰσπράξεσιν ἔσται φροντὶς τῷ περιβλέπτῳ αὐγουσταλίῳ καὶ τῇ πειθομένῃ αὐτῷ τάξει, ἥτις ὑπέρ τε τῆς στρατιωτικῆς ἔσται*) δαπάνης, τῆς τε ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῆς τε ἐπὶ τῶν δύο Αἰγύπτων, [ὑπέρ] τε τῶν[107]) πολιτικῶν καὶ σολεμνίων τελῶν[108]) τῆς μεγάλης τῶν Ἀλεξανδρέων πόλεως καὶ τῶν ἑκατέρας Αἰγύπτου.[109]) δεῖ[110]) τοίνυν ταῦτα κινδύνῳ τοῦ περιβλέπτου αὐγουσταλίου καὶ τῆς πειθομένης αὐτῷ τάξεως καὶ ἀπαιτεῖσθαι καὶ ἐπιδίδοσθαι, οὐκ ἔτι τοῦ πράγματος πραττομένου διὰ τοῦ σκρινιαρίου τῆς σῆς ὑπεροχῆς, ὃν ἐκ τοῦ στρατιωτικὰ διοικεῖν στρατιωτὸν καλοῦσιν Αἰγύπτιοι· ἀλλ᾽ οὗτος[111]) μὲν καθάπαξ πεπαύσεται, ὁ δὲ περίβλεπτος αὐγουστάλιος καὶ ἡ πειθομένη τάξις αὐτῷ δι᾽ ὁποίων ἂν βουληθείη τρόπων οἰκείῳ κινδύνῳ τὴν εἴσ-

[§ 13. *Impensae militares, civiles et solennes.*] Reliqua vero cura in exactionibus spectabili Augustali et quod ipsi paret officio erit, quae circa militarem impensam tam Alexandriae quam in duabus Aegyptis, et circa civiles et solennes sumptus magnae Alexandrinorum urbis et utriusque Aegypti versatur. Oportet igitur haec periculo spectabilis Augustalis et officii ipsi obtemperantis et exigi et praestari, negotio non amplius tractando a scriniario tuae excellentiae quem Aegyptii propter administrationem rerum militarium *στρατιωτὸν* appellant: sed hic quidem prorsus cessabit, spectabilis autem Augustalis et officium ei obtemperans quibuscunque voluerint

*) ἐστί? 107) Cod. *τῶν τε ἐπί.* Agylaeus *ἔτι* pro *ἐπὶ* mavult. Sed librarius ad anteriora *τῆς τε ἐπὶ τῶν* aberravit, et quod scribere debuit *ὑπέρ τε τῶν* omisit. 108) Conieceram olim *τίτλων.* Verum enim vero *τέλος* hoc loco non vectigal significat sed impensam, sumptum. Cf. supra not. 87. 109) Cod. *ἑκατέρα Αἰγύπτω.* Emendavit Agylaeus. Minus placet *ἐν ἑκατέρᾳ Αἰγύπτῳ*, quod Osenbrüggen proposuit. 110) Cod. *εἰ.* Emendavit Beck. 111) Cod. *οὕτως.*

πρᾶξιν ποιήσεται, καὶ τὴν δαπάνην χορηγήσει τοῖς καθωσιωμένοις στρατιώταις ἅπασι τοῖς ἐπὶ τῆς[112]) *Ἀλεξανδρέων ἱδρυμένοις, [τοῖς δὲ ἐν ἑτέραις πόλεσιν ἑκατέρας Αἰγύπτου ἱδρυμένοις]*[113]) *τὴν ἐπιβάλλουσαν αὐτοῖς ἐκτάξει δαπάνην ἐκ τῶν ὑποτεταγμένων τόπων τε καὶ πόλεων, κινδύνῳ οἰκείῳ τὴν εἴσπραξιν τούτων τῶν καθωσιωμένων στρατιωτῶν ποιουμένων.*[114]) *ἀναγκάσεις δὲ καὶ τὸν κατὰ καιρὸν βίνδικα*[115]) *τῆς Ἀλεξανδρέων πάντα τὰ παρ' αὐτοῦ γινόμενα δαπανήματα ποιῆσαι ἐπί τε τῆς ἐκπυρώσεως τῶν δημοσίων βαλανείων ἐπί τε τοῖς ἄλλοις σολεμνίοις ἅπασι τοῖς πολιτικοῖς, ἅπερ πάντα ὑπόκειται ῥητῶς τῷδε ἡμῶν τῷ θείῳ νόμῳ. ἥτις ἀπογραφὴ δηλώσει σαφῶς ἐκ ποίων τε ταῦτα συνάγεται τόπων καὶ τίτλων ἤτοι προφάσεων καὶ προσώπων, καὶ πόσα ἐστὶ καὶ ὅντινα προσήκει διοικεῖσθαι τρόπον, δηλαδὴ τῶν σολε-*

modis proprio periculo exactionem faciet, et sumptus praestabit devotis militibus omnibus in Alexandrinorum urbe stationem habentibus: [eis autem qui in aliis urbibus utriusque Aegypti stationes habent] competentem statuet sumptum ex subiectis locis et urbibus, proprio periculo devotis militibus horum exactionem facientibus. Coges vero etiam pro tempore vindicem urbis Alexandrinorum omnes impensas ab ipso faciendas et ad calefactionem publicorum balneorum et ad alia omnia civilia solennia facere, quae cuncta sacrae huic nostrae legi expresse subiecta sunt. Quae descriptio evidenter declarabit tum ex quibus locis et titulis sive causis ac personis haec colliguntur, tum quanta sunt et quomodo dispensari debeant,

112) Cod. *τοῖς*. 113) Lacuna in cod. non apparet. Quae supplevi ob *ὁμοιοτέλευτα* exciderunt. 114) Cod. *ποιούμενος*. 115) Vindex qui tributa exigeret, quod antea curialium munus fuit, ab Anastasio in urbibus institutus est. Nicephori Hist. eccles. XVI 14. Nov. XXXII (29) pr. CLII (128) c. 5. 8. CLXVI (134) c. 2. Cuiac. Observ. 3, 14.

μνίων καὶ ὅσα πολιτικὰ καθέστηκε δαπανήματα ἐπὶ [τῶν] δύο Αἰγύπτων κινδύνῳ τοῦ ἐπιχωρίου τῶν ἐπαρχιῶν τούτων ἄρχοντος ἐπιδιδομένων[116]) *ταῖς αὐταῖς πόλεσιν. ἐπὶ δέ γε τοῖς ὑπὸ τοῦ περιβλέπτου αὐγουσταλίου κινδύνῳ οἰκείῳ καὶ τῆς αὐτοῦ τάξεως διοικηθησομένοις ἄδειαν ἕξει καὶ λόγον διδόναι, καὶ πάντα πράττειν ἅπερ ἂν λυσιτελεῖν τῷ πράγματι νομισθεῖεν, οἷα τοῦ κινδύνου παντὸς εἰς αὐτόν τε καὶ τὴν αὐτοῦ τάξιν φερομένου. δηλαδὴ τῶν δαπανημάτων τῶν γινομένων ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεως κατὰ τὸ σύνηθες γενομένων δι' ἐκείνων, οἳ μέχρι νῦν ταῦτα πράττουσι. μηδενὸς κατὰ πρόφασιν τοῦ δῆθεν μὴ ὑποκεῖσθαι τῷ περιβλέπτῳ αὐγουσταλίῳ [δυναμένου παραγράφεσθαι αὐτὸν, ὥστε πάντων εὐγνωμονούντων τὴν εἴσπραξιν γίνεσθαι,]*[117]) *μηδὲ αὐτοῦ τοῦ περιβλέπτου αὐγυσταλίου καὶ τῆς αὐτοῦ τάξεως ἐθελοκακούντων καί τινα δόλον ἢ ἐν ταῖς εἰσκομιδαῖς ἢ ἐν*

videlicet solennibus et quotquot civiles impensae sunt in duabus Aegyptis periculo indigenae magistratus harum eparchiarum hisce urbibus tradendis. In his vero quae a spectabili Augustali proprio periculo et officii eius administrantur licentiam habebit etiam *λόγον* dandi et cuncta faciendi quae conducere negotio fuerint visa, quippe cum omne periculum in ipsum eiusque officium referatur. Impensae nimirum quae in urbe Alexandrinorum fiunt ex more faciendae sunt per illos qui hactenus eas tractarunt. Nemo autem sub praetextu quod spectabili Augustali non subsit [eum praescribere poterit. Ita cunctis probe agentibus exactio fiet,] ne ipso quidem spectabili Augustali officiove eius improbe versantibus et fraudem aliquam sive in illationibus sive in felici embola

116) Cod. *ἀρχόντων ἐπιδιδομένου.* 117) Haec vel his similia manifestum est excidisse, licet in cod. lacunae vestigium non appareat. Conferas autem supra § 12 in fine.

ταῖς πλωΐσεσι τῆς αἰσίας ἐμβολῆς ποιουμένων[118]), *ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα καθαρῶς πραττόντων καὶ ὑπὲρ τῆς τοῦ κοινοῦ φροντίδος τε καὶ λυσιτελείας, εἰδότων τὸ τοῦ πράγματος ἀπαραίτητον, καὶ γινωσκόντων, ὡς ὑπὸ τὴν ἐσχάτην ἔσονται τιμωρίαν, οὐ μόνον εἴ τι κακουργήσειαν, ἀλλὰ κἂν εἴ τινα περίνοιαν περὶ τὸ πρᾶγμα πράξειαν.*

Κἀκεῖνο δὲ ἀνενεχθὲν ἡμῖν παρὰ τῆς σῆς ὑπεροχῆς δεῖν ᾠήθημεν ἐγγράψαι τῷδε τῷ νόμῳ. ἅπαν γὰρ ἀνερευνωμένη ἡ σὴ ἐνδοξότης κατὰ τὴν εἰρημένην τῶν Ἀλεξανδρέων πόλιν, εὗρεν ἐν τῇ πυκτίδι[119]) *ἐπὶ τῶν χρόνων Ἀναστασίου τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως, ἡνίκα Μαριανὸς ὁ τῆς ἐνδόξου [μνήμης]*[120]) *ἐπ' αὐτῷ τὰ πράγματα ἔπραττε, καταστῆναι δημοσίαν πυκτὴν, Ποταμῶνος τηνικαῦτα τῶν δημοσίων τῆς Ἀλεξανδρέων προεστῶτος κατὰ τὸ τοῦ βίνδικος*

navibus transvehenda facientibus, sed negotium pure tractantibus et pro cura et commodo rei publicae, cognoscentibus rei necessitatem, et scientibus ultimo supplicio se fore obnoxios non solum si quid dolose fecerint sed et si quam neglegentiam circa eam rem admiserint.

[§ 14. *Impensae ex titulo exagogii faciendae.*] Illud etiam quod ab excellentia tua nobis relatum est huic legi inserendum esse duximus. Nimirum gloria tua cum in dicta Alexandrinorum urbe omnia perscrutaretur, invenit in tablino, temporibus Anastasii piae memoriae, quando Marianus gloriosae memoriae sub ipso res administrabat, exstitisse publicam tabellam cum Potamon publicis Alexandrinorum urbis tunc vindicis modo prae-

118) Cod. *ποιούμενου*. Emendavit Agylaeus. 119) Cod. *πυκτῇ τῇ*. Sed Potamonis *πυκτὴν* in Mariani *πυκτῇ* inventam quis non miretur? 120) Malim *Μαρῖνος*, de quo Lydus III 36. 46. 49.

σχῆμα, ἐν ᾗ πυκτῇ ἀπεγράψατο τὸν τοῦ ἐξαγωγίου[121]) τίτλον ἐκφέροντα διαφόροις αἰτίαις χιλίους χρυσοὺς υξθ'[122])· τετρακοσίους μὲν ἐννενήκοντα*) δύο χρυσοὺς τοῖς δημοσίοις βαλανείοις τῆς αὐτῆς πόλεως, τετρακοσίους δὲ ἐννέα καὶ δέκα τῷ καλουμένῳ ἀντικανθάρῳ[123]), καὶ πεντακοσίους πεντήκοντα ὀκτὼ χρυσοὺς πρὸς τῷ ἡμίσει τῷ ἀποδέκτῃ τῶν ναύλων, ὡς εἶναι τὸ ἀπογεγραμμένον ἐν χιλίοις τετρακοσίοις ἑξήκοντα ἐννέα[124]) χρυσοῖς. γενέσθαι δὲ ὕστερον καὶ[125]) περιποίησιν παρὰ τῶν πολιτευομένων [ἐπὶ] τῇ αὐτῇ αἰτίᾳ

esset, in qua tabella descripserat exagogii titulum qui diversis causis expenderet mille [CCCCLXIX] aureos: quadringentos nonaginta duos publicis balneis eius urbis, quadringentos vero novem et decem anticantharo sic dicto, et quingentos quinquaginta octo cum dimidio susceptori naulorum, ut descripta summa mille quadringentis sexaginta novem [cum dimidio] aureis constaret. Postea autem etiam acquisitionem ex eadem causa exagogii a curialibus factam esse aureorum C, et pro tempore

121) Ἐξαγώγιον est vectigal quod pro mercibus exportandis solvendum est. Eiusmodi fuit vectigal alabarchiae de quo vide Cod. 4, 61. 9. 122) Lego υξθ' pro οὕτως, quod Cod. habet: neque enim aliter calculus constat. *) Ita Codex. 123) Nonnulli navigii genus esse volunt. Ego vero de eo cogitaverim quod datur ad defectum resarciendum, qui in mensura frumenti exportandi ob κανθάρους i. e. scarabaeos frumenta erodientes fere contingit. 124) Adde ἡμίσει, nisi forte minima non curavit praetor! 125) Cod. γενέσθαι δεύτερον καί. Vulgo quidem vertunt: Deinde vero ab iis qui rempublicam administrant in eandem rerum exportandarum causam aureos centum perceptos esse. Id cum e lectione codicis effici non posse viderem, conieceram olim γενέσθαι δὲ ἑτέραν τινὰ περιπ. Sed praestat legere γεν. δὲ ὕστερον. Praeterea sensus postulat ut ἐπὶ τῇ αὐτῇ αἰτίᾳ scribatur: neque enim ei titulo aliquid per curiales acquisitum est, sed curialibus quaestus C aureorum accessit.

τοῦ ἐξαγωγίου νομισμάτων ρ', τὸν δὲ κατὰ καιρὸν αὐγουστάλιον τριακοσίους εἴκοσι χρυσοὺς κομίζεσθαι ὑπὲρ πώλων τριάκοντα ἕξ, οὓς αὐτὸς[126]*) παρέχει [ἐπὶ]*[127]*) τῇ ἱπποδρομίᾳ τῆς εἰρημένης τῶν Ἀλεξανδρέων πόλεως· καὶ τοῦτο τὸ σχῆμα μεῖναι*[128]*) οὐ μόνον [ἐπὶ] τῆς Στρατηγίου τοῦ ἐνδοξοτάτου ἀρχῆς, ἀλλὰ καὶ μέχρι τῆς δευτέρας ἐπινεμήσεως τοῦ παρῳχηκότος κύκλου τῆς πρὸ ἐτῶν πεντεκαίδεκα. ἐξ ἐκείνου δέ τινων μὲν ῥᾳθυμίᾳ τινῶν δὲ κακουργίᾳ τῶν δὲ πλείστων κλοπῇ τὸ πρᾶγμα κατὰ μικρὸν ἐλαττωθῆναι, καὶ ἀποστερεῖσθαι καὶ τὰ δημόσια βαλανεῖα τῆς τῶν τετρακοσίων ἐννενήκοντα δύο νομισμάτων ποσότητος καὶ τὰ ναῦλα τῆς τῶν πεντακοσίων πεντήκοντα ὀκτὼ ἡμίσεως νομισμάτων εἰσφορᾶς, προφάσεως αὐτοῖς δοθείσης ἐκ τοῦ τινας τοῦτο μὲν ἐκ τῆς αὐλῆς τοῦτο δὲ ἐκ τῶν θρόνων τῶν σῶν ἄδειαν ἑαυτοῖς κατασκευάσαι καὶ προῖκα ἐκφέρειν κεράμους τῆς εἰρημένης τῶν Ἀλεξανδρέων πόλεως καὶ ἕτερα εἴδη ἅπερ ὑπόκειται*

Augustalem trecentos viginti aureos accepisse pro triginta sex pullis quos ipse praebet ludis equestribus dictae Alexandrinorum urbi: et hunc statum mansisse non solum durante administratione gloriosissimi Strategii, sed etiam usque ad secundam indictionem praeteriti circuli, quae fuit ante annos quindecim. Exinde autem quorundam neglegentia, aliorum vero dolo, plurimorum autem furto rem paulatim imminutam esse, et privari tam publica balnea quadringentorum nonaginta duorum aureorum summa quam naula quingentorum quinquaginta octo et dimidii aureorum illatione, occasione illis data inde quod nonnulli partim ex aula partim a thronis tuis veniam impetrarunt et absque vectigali exportarunt tum tegulas ex dicta Alexandrinorum urbe tum alias species quae

126) Cod. *ὡσαύτως*. 127) Sic infra recte scribitur. 128) Cod. *εἶναι* quod propter sequens *μέχρι* in *μεῖναι* mutavi.

τῷ τοιούτῳ τέλει[129]), καὶ οὕτως ἐλαττωθῆναι κατὰ μικρὸν τὴν εἰρημένην πόλιν. ἀποδεχόμεθα τοίνυν τὴν σὴν ὑπεροχὴν καὶ τούτοις ἐπιστᾶσαν [καὶ][130]) θεσπίζομεν, μήτε τῶν πεπορισμένων τισὶ παντελῶς τοιούτων θείων [ἢ] ἀρχικῶν τύπων[131]) ὄφελός τι καθεστάναι, ἀλλὰ πάντας ἐπιγινώσκειν τοῦτο ὃ μέχρι τῶν χρόνων Στρατηγίου τοῦ ἐνδοξοτάτου ἐδίδοσαν, μηδὲ τὸν περίβλεπτον αὐγουστάλιον πλείονα δαπάνην τινὰ ποιεῖν παρὰ τὴν ἔμπροσθεν καὶ ἐπὶ τῶν χρόνων Στρατηγίου τοῦ ἐνδοξοτάτου πολιτευσαμένην, μηδὲ κατὰ καινοτομίαν τινὰ προσάπτεσθαι τῶν τελῶν ἐκείνων καὶ ἑαυτῷ ἐκδικεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀρχαῖον φυλαχθῆναι σχῆμα τὸ μέχρι Στρατηγίου τοῦ ἐνδοξοτάτου καὶ αὐτοῦ· μήτε φιλονεικίας ἀφορμὴν δοθῆναι τῷ τε κατὰ καιρὸν αὐγουσταλίῳ [τῷ τε ἀποδέκτῃ τῶν ναύλων][132]), καὶ τὸν μὲν ὡς οὐ λάβοι

eiusmodi vectigali obnoxiae sunt: et sic paulatim dictam urbem imminutionem esse passam. Itaque laudamus excellentiam tuam quod et in haec intentus fuisti, et sancimus nec eis qui istiusmodi omnino divinas aut praefectorias formas impetraverunt emolumentum aliquod inde esse, sed ab omnibus exigi quod usque ad tempora gloriosissimi Strategii dederunt, neque spectabilem Augustalem ampliorem impensam facere quam antea et temporibus gloriosissimi Strategii in urbe fiebat, neque novis commentis attingere vectigalia illa et sibi vindicare: sed potius antiquum statum custodiri qui fuit usque ad ipsum gloriosissimum Strategium: neque contentionis occasionem dari pro tempore tum Augustali tum naulorum susceptori, quorum alter se nihil cepisse dicat alter vero minus ce-

129) Scil. τοῦ ἐξαγωγίου. 130) Aut καὶ inserendum aut ἀποδεχόμενοι legendum. 131) Cod. τοιοῦτον θεῖον ἀρχικὸν τύπον. 132) Haec supplenda sunt propter sequentia τὸν μὲν — τὸν δέ.

λέγειν, τὸν δὲ ὡς ἔλαττον λάβοι, ἀλλ' ἐκ τῆς ὅλης ποσότητος τῶν χιλίων ὀκτακοσίων ὀγδοήκοντα ἐννέα[133]) *νομισμάτων κουφισθῆναι τριακοσίους ἑξήκοντα ἐννέα χρυσοὺς (βουλόμεθα γάρ καί τι φιλανθρωπότερον τῆς ἀκριβείας πρᾶξαι καὶ διὰ τὴν τοῦ κατὰ καιρὸν αὐγουσταλίου συγκρότησιν ἄλλους [μὴ καταβλάψαι), ὥστε]**) *χιλίους πεντακοσίους εἴκοσι χρυσοὺς μόνους ἐκ τοῦ τίτλου εἰσφέρεσθαι*[134]), *ἐξ ὧν τοὺς τριακοσίους εἴκοσι χρυσοὺς ἑαυτῷ λογιεῖται ὁ περίβλεπτος αὐγουστάλιος προφάσει τῶν τριάκοντα ἓξ πώλων*[135]), *οὓς ἀνάγκη παρασχεῖν αὐτῷ ἐπὶ τῇ ἱπποδρομίᾳ τῆς Ἀλεξανδρέων κατὰ τὸ ἄνωθεν κρατοῦν ἔθος, τοὺς δὲ ὑπολοίπους χιλίους διακοσίους καταλογίζεσθαι αὖθις αὐτῷ εἰς τὰς σιτήσεις τὰς ἑαυτοῦ, οὕτω τε τὸ πρᾶγμα εὔλυτον εἶναι, καὶ τὴν ἀρχαίαν φυλάττον ὁδὸν, καὶ μηδενὶ παντελῶς ἄδειαν*

pisse, sed ex universa summa mille octingentorum octoginta novem aureorum relevari trecentos sexaginta novem aureos (volumus enim benignius quam accuratius rem tractare et propter collisionem pro tempore Augustalis alios [non laedi,) ita ut] mille quingenti viginti aurei ex eo titulo expendantur, ex quibus trecentos viginti aureos sibi imputet spectabilis Augustalis sub praetextu triginta sex pullorum quos necesse habet subpeditare ludis equestribus urbis Alexandrinorum ex consuetudine dudum obtinente, reliquos vero mille ducentos sibi iam in annonas suas imputare, et sic rem expeditam esse, tum antiquam viam servantem tum nemini prorsus ansam improbitatis

133) Adde *σὺν ἡμίσει*. Vide tamen not. 124. *) Lacuna in cod. non apparet, sed quae supplevi vel similia ut addantur sensus postulat. 134) Malim *ἐκφέρεσθαι*, ut supra est *τὸν τοῦ ἐξαγωγίου τίτλον ἐκφέροντα.* 135) Cod. *πυλώνων*.

κακουργίας παρεχόμενον. τῇ γὰρ τῶν δημοσίων βαλανείων ἐγκαύσει καὶ τῷ ἀντικανθάρῳ [καὶ] τοῖς δημοσίοις ναύλοις ἐξ ἑτέρων αἰτιῶν [πρόσοδος ἀφωρίσθη, ὡς τῇ ὑποτεταγμένῃ][136]) ἀπογραφῇ τῷδε τῷ θείῳ νόμῳ δηλοῦται.

Ἐπειδὴ δὲ τὸν Μαρεώτην ὑπεθήκαμεν τῷ Λιβυκῷ[137]) κλίματι, καὶ εἰκός τινας τῶν ἐκ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐπὶ δημοτικαῖς στάσεσιν ἁλισκομένους φεύγειν ἐκεῖσε διαδιδράσκοντας[138]) τὰς ἐπαγομένας αὐτοῖς παρὰ τοῦ περιβλέπτου αὐγουσταλίου ποινάς, θεσπίζομεν ἄδειαν εἶναι τῷ κατὰ καιρὸν περιβλέπτῳ αὐγουσταλίῳ στέλλειν ἐκεῖσε ἐπὶ ταύτῃ καὶ μόνῃ τῇ αἰτίᾳ κομμενταρήσιον μετὰ δημοσίας ἐπιστολῆς γινομένης[139]) πρὸς τὸν ἐφέξοντα τὸν τόπον τοῦ λαμπροτάτου ἄρχοντος τῆς Λιβύων ἐπαρχίας, ὥστε καὶ συνέχειν αὐτοὺς

praebentem. Ad publicorum enim balneorum calefactionem et anticantharum et publica naula ex aliis causis impensas destinavimus, sicut subiecta huic divinae legi descriptione ostenditur.

[§ 15. *De requirendis reis in Mareotam aufugientibus.*] Quoniam vero Mareotam Libyco tractui subiecimus, et forte nonnulli ex Alexandrinorum urbe in popularibus seditionibus deprehensi illuc fugiunt ut inferendas sibi a spectabili Augustali poenas evitent, sancimus licentiam esse pro tempore spectabili Augustali mittendi illuc ob hanc causam solam commentariensem cum litteris publicis ad eum directis qui clarissimi praesidis eparchiae Liby-

136) In cod. lacuna non notatur. Sed exciderunt quae supplevi vel his similia. Nimirum imperator, postquam impensas ex titulo *τοῦ ἐξαγωγίου* faciendas restrinxit et Augustali plura praeberi iussit, impensis pro balneorum calefactione etc., quas tantas quantas olim fieri voluit, aliorum titulorum reditus assignavit. 137) Cod. fere *λυβικ.* scribit. 138) Cod. *διαδράσκ.* 139) Cod. *γινόμενον.*

καὶ παραδιδόναι διὰ τῶν ὑφ' ἑαυτὸν ταξεωτῶν τε καὶ στρατιωτῶν, ἵνα μηδεὶς τῶν δημοσίους θορύβους κατὰ τὴν Ἀλεξανδρέων ποιούντων ἐκεῖσε διαδιδράσκοι καὶ τὰς τοῦ περιβλέπτου αὐγουσταλίου διαφεύγοι[140]) *ποινάς, πρὸς τὸ καὶ αὐτῷ*[141]) *τῷ τοῖς ἐκεῖσε μέρεσιν ἐφεστῶτι ἄδειαν εἶναι εἴ τινας εὕροι τοιούτους καὶ συνέχειν καὶ κολάζειν, καὶ κοινῶς τὴν χώραν*[142]) *ἐλευθεροῦν αὐτούς. ἐπὶ τούτοις τοίνυν τὴν εἰρημένην ἀρχὴν ὁρίζομεν, καὶ συνιστῶμεν ταῦτα πράξουσαν ἅπερ ἐν τῷδε τῷ νόμῳ διωρίσαμεν· ἔσται γὰρ οὕτως καὶ αὐτάρκης ἡ φροντὶς τῷ πράγματι καὶ πανταχόθεν περιεσταλμένη καὶ διευκρινηθεῖσα, καὶ μηδεμίαν παρέχουσα τοῖς βουλομένοις συγχύσεως καὶ κλοπῆς ἀφορμήν.*

orum locum obtinebit, ut illos et comprehendat et per officiales sibi subiectos et milites tradat, ne quisquam eorum qui publicos tumultus in Alexandrinorum urbe moverint illuc aufugiat et poenas spectabilis Augustalis evitet: insuper et ipsi qui istis partibus praeest licentia erit si quos tales invenerit et comprehendere et punire, ita ut communiter ii regionem liberent. Ad haec igitur dictam administrationem definimus, et constituimus ut quae in hac lege descripsimus faciat: sic enim et cura ipsi rei sufficiens erit et undique composita et discreta, nullamque ad confusionem et furtum occasionem his qui id voluerint praebebit.

140) Cod. *διαφεύγει.* 141) Cod. *πρὸς τὸ καὶ αὐτὸ.* 142) Cod. *κοινοῦ τὴν χεῖραν.* Intellege Augustalem et praesidem Libyae reos simul persequentes.

Ἐντεῦθεν ἡμᾶς καλεῖ ἡ τοῦ Λιβυκοῦ λιμιτοῦ[143]) *φροντίς, ὅνπερ ἐπὶ τοῦ Παρατονίου*[144]) *ἱδρυσάμεθα, δόντες αὐτῷ καὶ στρατιωτικὴν χεῖρα τῶν κατ' ἐκεῖνα βαρβάρων ἄρχουσαν. βουλόμεθα γὰρ καὶ τὸν Λιβύης περίβλεπτον δοῦκα ἱδρύσθαι**) *μὲν ὡς εἴρηται κατὰ τὸ Παρατόνιον καὶ τὰς ὑποτεταγμένας αὐτῷ πόλεις, ἐν αἷς ἔσονται ὑπ' αὐτὸν [τεταγμένοι]*[145])

[Caput II. De Libyco limite.]**)

[§ 1. *Dux, iudex, officia, milites, annonae eorum.*] Hinc nos cura Libyci limitis vocat, quem ad Paratonium collocavimus, dantes ei etiam militarem manum quae barbaros in illis locis dominetur. Volumus enim etiam spectabilem Libyae ducem sedere quidem ut dictum est ad Paratonium et urbes ipsi subiectas, in quibus milites sub

143) Quod olim post *Λιβυκοῦ λιμιτοῦ* supplevi *δουκὸς* nunc minus placet. Nimirum codicis lectio defendi potest: *ὅνπερ* ad *λιμιτοῦ* spectat. 144) Hierocles *Παραιτόνιον* in Libya inferiore, quae *ὑπὸ ἡγεμόνα* sit, collocat. At in notitia apud Parthey p. 84 *Παρατώιον* urbs est in *ἐπαρχίᾳ Λιβύης*. *) Ita codex. 145) Nimirum hoc supplendum, ut infra est *τοῖς στρατιώταις τοῖς ὑπ' αὐτὸν τεταγμένοις*.

**) Iustinianus Libycum limitem ordinavit (*ὃν ἐπὶ τοῦ Παρατονίου ἱδρυσάμεθα.* § 1.) sub duce, qui Paratonii sedem haberet et militibus Libycis Iustinianis et Paratonitis Iustinianis imperaret et militari administrationi in Libya tam superiori quam inferiori praeesset: simul utramque Libyam in unam eparchiam videtur contraxisse, unde forsitan in notitia Novellae XVI (8) anno 535 subiecta nonnisi *Λιβύη ἡ ἄνω* enumerata est. Utut est, in hac nostra lege simpliciter *Λιβύων ἐπαρχία* vocatur quae suum indigenam civilem iudicem habeat, isque duci subicitur, utpote cui etiam in civilibus rebus summa administratio conceditur. Quod nonnullis locis de eparchiis plurali numero sermo est, id ad Mareotam et Menelaitam spectat et abusive factum est.

στρατιῶται ταῖς αὐτοῦ κελεύσεσιν ὑπηρετούμενοι· λήψεται δὲ καὶ αὐτὸς τὰς ἀφωρισμένας αὐτῷ σιτήσεις, ὑπὲρ μὲν τῶν ἐν εἴδει ἀννόνων ἐννενήκοντα καὶ καπίτων ἑκατὸν εἴκοσι νομίσματα χίλια πέντε τριάκοντα[146]), *ὑπὲρ δὲ τῶν ἐν χρυσῷ ἀννόνων πεντήκοντα καὶ καπίτων πεντήκοντα νομίσματα τετρακόσια, καὶ πρός γε ἡ πειθομένη τάξις αὐτῷ νομίσματα ρπζ' ἥμισυ, καὶ οἱ στρατιῶταί γε μήν, τουτέστιν οἱ ἐκ τῶν Λιβυκῶν Ἰουστινιανῶν καὶ Παρατονιτῶν Ἰουστινιανῶν*[147]) *ταγμάτων ἀφωρισμένοι τοῖς εἰρημένοις τόποις*[148]), *τὰς οἰκείας σιτήσεις καθάπερ αὐτοῖς ὥρισε τὸ δημόσιον λήψονται· δῆλον δέ, ὅτι καὶ ἅπαντα τὰ σολέμνια τὰ ἐν ταῖς πόλεσι ταῖς αὐτοῦ*[149]) *ἐπιδοθήσεται καθάπερ καὶ μέχρι νῦν ἐπεδίδοτο. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ἐπιχώριος ἄρχων καὶ ἡ πειθο-*

ipso constituti erunt qui ipsius iussis obsequantur: accipiet autem et ipse annonas ipsi deputatas, pro annonis in specie nonaginta et capitibus centum et viginti aureos mille quinque et triginta, pro annonis in auro quinquaginta et capitibus quinquaginta aureos quadringentos, et insuper officium eius aureos CLXXXVII dimidium, et milites scilicet, id est qui ex Libycis Iustinianis et Paratonitis Iustinianis ad dicta loca deputati sunt, annonas suas quemadmodum publicum eis definiverit accipient. Manifestum vero est quod et omnia solennia in urbibus ipsi subiectis dabuntur quemadmodum etiam hactenus data sunt. Similiter et indigena iudex et officium ei obtemperans proprias an-

146) Cod. *τέταρτον*. Sed si pro annona *ἐν εἴδει* aureos quinque et dimidium, pro capitu *ἐν εἴδει* aureos quattuor et dimidium computaveris, efficiuntur aurei 1035. Annona et capitum *ἐν χρυσῷ* quattuor aureorum est. Itaque *Δ* (*τέταρτον*) cum *Λ* (*τριάκοντα*) permutatum esse arbitror. 147) Cod. *οἱ ἐκ τούτων Λιβύων Ἰουστ. καὶ παρά τινι τῶν Ἰουστ. τῶν ταγμ. ἀφωρισμένων*. 148) i. e. Paratonium et subiectas duci urbes. 149) Cod. *αὐτῶν*. Sed de urbibus duci subiectis sermo est.

μένη τάξις αὐτῷ τὰς οἰκείας ἕξουσι σιτήσεις. ἀλλ' ἐπειδήπερ εἴ τις ἅπασαν ταύτην συλλογίσεται τὴν δαπάνην, οὐκ ἂν αὐτάρκης εἴη ἡ ἐκ τῶν τόπων τῶν ὑπ' αὐτὸν τεταγμένων ἤτοι τῆς Λιβύων ἐπαρχίας εἰσκομιδή, διὰ τοῦτο ἀναγκαῖον ᾠήθημεν προσθεῖναι αὐτῷ καὶ τὸν καλούμενον Μαρεώτην καὶ τὴν Μενελαΐτην πόλιν ἥτις πρώτης[150]) *Αἰγυπτίων ἐπαρχίας ἐστίν. οὐδὲ γὰρ ἄλλως ἰσχύσειε τοῖς στρατιώταις τοῖς ὑπ' αὐτὸν τεταγμένοις ἐκ τοῦ δημοσίου παρασκευάζειν χορηγεῖσθαι, εἴπερ ἑτέρωθεν τὰ τῆς δόσεως ἤρτηται καὶ ὑφ' ἕτερον ἄρχοντα τελείη, καὶ μυρίαι*[151]) *ἐντεῦθεν ἀναστήσονται φροντίδες καὶ ταραχαὶ ἐκ τῆς διαφορᾶς τῶν ἀρχόντων. ἀλλ' αὐτὸς μὲν ἄρξει τῶν εἰρημένων τόπων, αὐτὸς δὲ κινδύνῳ οἰκείῳ καὶ ἡ πειθομένη αὐτῷ*[152]) *τάξις καὶ ὁ πολιτικὸς ἄρχων ἅμα τῇ οἰκείᾳ τάξει καὶ εἰσπράξουσι καὶ ἐπιδώσουσι τὸ συναγόμενον τοῖς τε στρατιώταις καὶ ἑαυτοῖς,*

nonas habebunt. Verum quoniam si quis omnes hasce impensas computet non sufficiens foret ex locis ipsi subiectis sive ex Libyorum eparchia illatio, idcirco necessarium esse duximus adicere ei et Mareotam quem vocant et Menelaitam urbem quae est primae Aegypti eparchiae. Neque enim aliter possit efficere ut militibus sub eo constitutis e publico annona praestetur, si aliunde erogatio pendeat et sub alio iudice collatio fiat, et innumerae inde exoriantur sollicitudines et tumultus propter dissidium iudicum. Verum ille quidem dictis locis praeerit, et ipse proprio periculo et officium ei parens et civilis iudex una cum suo officio exactionem perficient et quod colligitur militibus et sibi distribuent, ut et sumptus eorum et an-

150) Cod. *πρὸ τῆς*. 151) Cod. *καὶ μυρίαι* bis ponit. 152) Cod. *σοι*, quod non video quomodo defendi possit.

ὥστε καὶ τὰς δαπάνας αὐτῶν καὶ τὰς σιτήσεις ἐντεῦθεν γίνεσθαι οἰκείῳ κινδύνῳ τῆς εἰσπράξεως αὐτῶν γινομένης.

Ὅπως δὲ ἂν μηδὲ ἐνταῦθα δοίημέν τινι τεχνάζειν μηδὲ πλείονα δαπάνην βούλεσθαι ποιεῖν ἢ ἐλάττονα λέγειν τὴν εἰσκομιδὴν, καὶ τοῦτο διοικούμενοι προσηκόντως τῇ ὑποκειμένῃ ἀπογραφῇ τῷδε τῷ θείῳ νόμῳ σαφὲς κατεστήσαμεν, δηλώσαντες πόσος μὲν ἐστιν ὁ κανὼν ὁπωσοῦν[153]) ἀνήκων εἰς τὸ δικαστήριον τῆς σῆς ὑπεροχῆς καὶ ἐκ τῶν εἰρημένων ἐπαρχιῶν τε καὶ τόπων εἰσκομιζόμενος, ἐκ τῆς Λιβύης αὐτῆς καὶ τοῦ Μαρεώτου καὶ τοῦ Μενελαΐτου τῆς πόλεως, πόσα δὲ τὰ δαπανήματα, ἅπερ προσῆκόν ἐστιν ἐντεῦθεν γίνεσθαι περί τε τοὺς τούτων ἄρχοντας[154]) καὶ τὰς τάξεις καὶ τὰ σολέμνια, περί τε τὴν τροφὴν τῶν καθωσιωμένων στρατιωτῶν. τοῦ περιβλέπτου αὐγουσταλίου παντελῶς οὐδε-

nonae inde praesto sint proprio periculo exactione illorum facienda.

[§ 2. *Publicorum exactio.*] Ut autem ne hic quidem cuiquam machinari permittamus impensam maiorem facere aut illationem minorem dicere volenti, etiam hoc convenienter disponentes descriptione subiecta huic divinae legi manifestum fecimus, demonstrantes quantus sit canon quomodocunque tribunali tuae excellentiae competens et ex dictis eparchiis et locis conferendus, ex Libya ipsa et Mareota et Menelaita urbe, quantae vero impensae quas inde convenit fieri tum circa iudices earum et officia et solennia tum circa victum devotorum militum. Spectabilis autem Augustalis nullam omnino communionem

153) Cod. ὁπόσος ὁ. Sed legendum ὁπωσοῦν. Infra enim § 3 τὸν κανόνα . . . καθ' οἱονδήποτε τρόπον ἐξ οἱονδήποτε τίτλου κτλ. 154) Cod. περί τε τούτου ἄρχοντος. Scrimgerus περί τε ἄρχοντας. Infra § 3 est εἰς τὰς ἀποτροφὰς τῶν ἀρχόντων.

μίαν ἔχοντος μετουσίαν οὐδὲ τῆς αὐτοῦ τάξεως πρὸς τὸν εἰρημένον δοῦκα ἤτοι[155]) τὰς ὑποτεταγμένας αὐτῷ ἐπαρχίας τε καὶ πόλεις καὶ τόπους, οὐδὲ ἄλλου τῶν ἐπιχωρίων ἀρχόντων[156]) τινὸς, ἀλλὰ αὐτοῦ τοῦ περιβλέπτου δουκὸς καὶ τοῦ τῶν[157]) Λιβύων πολιτικοῦ ἄρχοντος ἔχοντος πᾶσαν ἐξουσίαν [ἐν] τοῖς εἰρημένοις τόποις χρημάτων τε ἕνεκεν καὶ ἐγκλημάτων καὶ δημοσίων εἰσπράξεων, ὥστε μέντοι τὸν [ἄρχον]τα τὸν[158]) ἐπὶ Λιβύης ὑποκεῖσθαι τῷ περιβλέπτῳ δουκὶ, καὶ πάντας τοὺς τὰς αὐτὰς χώρας οἰκοῦντας κτήτορας ἐφ' οἷς κέκτηνται καὶ τοὺς τούτων οἰκήτορας· εἰ γὰρ καὶ ἐν ἄλλαις ἐπαρχίαις οἰκοῦσι, κέκτηνται δὲ ὑπὸ τὰς εἰρημένας πόλεις ἢ τόπους οἷς ἐφέστηκεν ὁ περίβλεπτος δοὺξ, καὶ τούτους ὁμοίως ἐπὶ ταῖς δημοσίων[159]) εἰσπράξεσιν ὑποκεῖσθαι αὐτῷ βουλόμεθα, ὡς παῤῥησίαν ἔχειν καὶ ἐκπέμπειν[160])

habeat nec eius officium cum dicto duce sive eparchiis et urbibus et locis ei subiectis, neque alius quispiam ex indigenis iudicibus, sed ipse spectabilis dux et civilis Libyorum iudex omnem potestatem habeat in dictis locis in causis pecuniariis et criminalibus et publicorum exactionibus, ita tamen ut iudex Libyae spectabili duci subsit et omnes qui istas regiones inhabitant possessores circa possessiones suas earumque incolas: nam etsi in aliis eparchiis habitant, possessiones autem habent in dictis urbibus et locis quibus spectabilis dux praefectus est, etiam hos similiter in publicorum exactionibus ei sub-

155) Cod. τὸν. 156) Cod. ἄρχοντος. 157) Cod. καὶ τῆς τοῦ. 158) Cod. τὸν τὰ τὸν. 159) Cod. δημοσίαις. Sed omnis εἴσπραξις publica est. 160) Scil. commentariensem. Cf. c. I § 15. Ideo πρὸς supplevi. De significatione verbi ἐκπέμπειν vide c. I § 12.

[πρὸς] αὐτοὺς καὶ ἀπαιτεῖν, καὶ πάντα πράττειν ὁπόσα ὁ τῆς εἰσπράξεως βούλεται τρόπος.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ αἱ θεῖαι ἡμῶν largitiones ἐκ τῶν ἐπαρχιῶν τούτων καὶ τόπων τῶν ὑπακουόντων τῷ εἰρημένῳ τοῦ Λιβυκοῦ λιμιτοῦ δουκί[161]) τινα κομίζονται, ἡμεῖς δὲ τὴν ἴσην καὶ ὁμοίαν καὶ ἐπ' αὐτοῖς φροντίδα ποιούμεθα, θεσπίζομεν τὸν εἰρημένον τῆς Λιβύης καὶ τοῦ Μαρεώτου καὶ τοῦ Μενελαΐτου τῆς πόλεως (καὶ ταῦτα γὰρ[162]) αὐτῷ προσεθήκαμεν) τὸν[163]) περίβλεπτον δοῦκα καὶ τὸν τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντα καὶ τὴν αὐτῷ[164]) πειθομένην τάξιν κινδύνῳ οἰκείῳ τὴν τῶν largition[al]icῶν χρημάτων εἴσπραξιν ποιεῖσθαι τῶν ἐκ πάντων τῶν εἰρημένων τόπων ὀφειλομένων, ὥστε κατὰ μηδεμίαν ἔλλειψιν ταῦτα καθ' ἕκαστον ἔτος εἰσπράττεσθαι· καὶ ἐκπέμπεσθαι παρ' αὐτῶν ἐπὶ τὴν Ἀλεξανδρέων καὶ παραδίδοσθαι τῷ κατὰ καιρὸν ἐκ τῶν καθωσιω-

iacere volumus, ut et ad eos mittere et exigere possit, et omnia facere quae exactionis modus postulat.

[§ 3. *Largitionalia.*] Quoniam vero etiam sacrae nostrae largitiones ex his eparchiis et locis, quae dicto Libyci limitis duci parent, nonnulla percipiunt, et nos aequalem et similem etiam illis curam impendimus, sancimus dictum Libyae et Mareotae et Menelaitae urbis (nam et haec illi adiecimus) spectabilem ducem et eparchiae iudicem et officium ipsi parens proprio periculo largitionalium pecuniarum exactionem facere quaecunque ex omnibus dictis locis debentur, ut cum nullo defectu haec quotannis exigantur et transmittantur ab eis ad urbem Alexandrinorum tradanturque ei cui pro tempore

161) Cod. δουκικοῦ. Emendavit Osenbrüggen. 162) Cod. παρ'. Emendavit Agylaeus. 163) Articulus forte delendus est. 164) Fortassis αὐτοῖς. Infra est τῶν πειθομένων αὐτοῖς τάξεων.

μένων παλατίνων ἐπιτρεπομένῳ τὴν τοῦ πραιποσίτου[165]) πληροῦν ἐκεῖσε χρείαν. ἐπαμύνειν τε αὐτούς, εἰδότας ὡς εἰς τὸν αὐτῶν[166]) ἐλεύσεται κίνδυνον, τουτέστι τοῦ τε ἀεὶ δουκὸς τοῦ τε ἄρχοντος τῶν τε πειθομένων αὐτοῖς τάξεων, εἰ μὴ τούτων πᾶσι προνοήσοιεν[167]) τρόποις· ἀμυνόντων εἰς τοῦτο καὶ τῶν στρατιωτῶν, καὶ [αὐ]τῶν[168]) κινδυνευόντων εἰ μὴ ἐπαμύναιεν ταύτας ὑποστῆναι τὰς ποινάς, ὥσπερ ἐπεθήκαμεν καὶ τοῖς ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρέων καὶ ἑκατέρας Αἰγύπτου καθημένοις στρατιώταις, εἰ μὴ καὶ αὐτοὶ τὸ πρᾶγμα τῆς ἴσης ἀξιώσειαν φροντίδος. οὐδὲ λόγον τινὸς ἐπὶ ταῖς largitionalicaῖς αἰτίαις παρὰ τὰς ἔμπροσθεν διηγορευμένας αἰτίας παρέχεσθαι δυναμένου τισὶ παρὰ γνώμην τῶν καθωσιωμένων παλατίνων τῆς εἰρημένης ἀρχῆς ἢ τῶν ἄλλως[169]) στελλομένων ἐπὶ τῇ τῶν largitionalicῶν[170]) δημοσίων εἰσπράξει

a devotis palatinis commissum fuerit ut illic praepositi munere fungatur. Et illos auxilium ferre, scientes ipsorum periculo fore, id est ducis qui modo fuerit et iudicis et officiorum ipsis parentium, nisi his rebus omnibus modis providerint: cui etiam milites opem ferent, ipsis quoque imminente periculo si opem non tulerint easdem sustinere poenas, quales militibus in urbe Alexandrinorum et utraque Aegypto constitutis imposuimus, nisi et ipsi negotium aequali cura dignati fuerint. Nec poterit quisquam λόγον in largitionalibus causis praeter causas supra expositas aliquibus dare citra voluntatem devotorum palatinorum dictae administrationis vel eorum qui praeterea ad publicorum largitionalium exactionem mittuntur a suo

165) Cod. πρεποσ. 166) Cod. αὐτὸν. 167) Cod. προνοήσειε. Sed forte προνοήσαιεν, ut mox ἐπαμύναιεν. 168) Cod. simpliciter τῶν. 169) Cod. τῶν ὅλως. Cf. supra c. I § 11: τοὺς ἄλλως στελλομένους. 170) Forte ἢ δημοσίων. Supra enim c. I § 11 τὰς . . . δημοσίας εἰσφορὰς τὰς τοῖς θείοις ἡμῶν ἁρμοττούσας θησαυροῖς.

παρὰ τοῦ κατὰ καιρὸν αὐτῶν ἄρχοντος, ἀλλὰ καὶ ἔνδον τῶν ἀσύλων χωρίων τῆς εἰσπράξεως γινομένης, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ὁμοίως ἐπὶ Λιβύης καὶ τοῦ Μαρεώτου καὶ τοῦ Μενελαΐτου τῆς Αἰγυπτιακῆς πόλεως πραττομένων[171]) *ἐπὶ ταῖς* largitionalic*αῖς εἰσπράξεσι, καθάπερ εἰρήκαμεν δεῖν γενέσθαι ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρέων καὶ ἑκατέρας Αἰγύπτου προφάσει τῶν ἀρκαρικῶν εἰσπράξεων. οὔτε δὲ τὸν τῶν ναύλων λόγον οὔτε τὸν τῆς ἰδικῆς καὶ γενικῆς τραπέζης τοῦ δικαστηρίου τῆς σῆς ὑπεροχῆς ἔχειν τινὰ μετουσίαν παντελῶς πρὸς τὴν εἰρημένην τοῦ Λιβυκοῦ λιμιτοῦ ἀρχήν τε καὶ εἴσπραξιν [εἴς τε τὰς πρότερον ὑπ' αὐτὸν]*[172]) *οὔσας τάς τε νῦν προστιθεμένας, τουτέστι τὸν Μαρεώτην καὶ τὸν Μενελαΐτην τὴν πόλιν τῆς πρώτης*[173]) *Αἰγυπτίων ἐπαρχίας, δι' ὅ τι*[174]) *φθάσαντες ἤδη διῳκησάμεθα, καὶ δεῖ*[175]) *πάντα τὸν κανόνα τόν τε ἐκ Λιβύης καὶ τοῦ Μαρεώτου καὶ τοῦ*

pro tempore praefecto: exactione etiam intra asyli loca facienda, et reliquis omnibus similiter in Libya et Mareota et Menelaita urbe Aegyptiaca peragendis in·largitionalibus exactionibus, quemadmodum diximus fieri oportere in urbe Alexandrinorum et utraque Aegypto occassione arcariarum exactionum. Neque vero naulorum neque specialis et generalis mensae tribunalis excellentiae tuae ratio quidquam commune habeat cum dicta Libyci limitis administratione et exactione tam in eparchiis pridem ei subiectis quam in his quae nunc adiectae sunt, id est Mareota et Menelaita urbe eparchiae primae Aegypti, propter id quod antea iam disposuimus, et oportet totum canonem tam ex Libya quam ex Mareota et Menelaita urbe conferendum

171) Cod. *εἰσπρατт.* 172) Haec vel similia omnino supplenda sunt. 173) Cod. *τῶν Αἰγυπτ.* omissis *τῆς πρώτης.* 174) Cod. *διότι.* Infra *εἰς τοῦτο ὅπερ καὶ φθάσαντες διετυπώσαμεν.* 175) Cod. *δή.*

Μενελαΐτου τῆς πόλεως συντελούμενον καθ' οἱονδήποτε τρόπον ἐξ οἱουδήποτε τίτλου τῶν ἀνηκόντων εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς σῆς ὑπεροχῆς εἰς ταύτας προχωρεῖν[176]) τὰς δαπάνας ἃς ἔμπροσθεν εἰρήκαμεν, τουτέστι τάς τε ἀποτροφὰς τῶν ἀρχόντων[177]) καὶ τῶν τάξεων, τάς τε στρατιωτικὰς[178]) τάς τε τῶν σολεμνίων· πάντων τῶν προφάσει τῶν largitionalicῶν εἰσφορῶν εἰρημένων ἡμῖν ἐκ τρόπου παντὸς κρατούντων.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ τούτου τιθέμεθα πρόνοιαν τοῦ μὴ τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους πολλὰ διαστήματα καὶ τὴν ἐντεῦθεν συντριβὴν ὑπομένειν ἀδικουμένους, ἄλλως τε[179]) διὰ τὸ τὸν Μαρεώτην καὶ γείτονα εἶναι τῆς Ἀλεξανδρέων, καί τινας τῶν ἐκεῖσε ταραττόντων ἀφικνουμένους[180]) εἰς τὸν Μαρεώτην μηκέτι δεδιέναι τὸν τῆς Ἀλεξανδρέων περίβλεπτον αὐγουστάλιον, θεσπίζομεν ὥστε τὸν κατὰ καιρὸν λαμπρό-

quocunque modo ex quocunque titulo ad administrationem tuae excellentiae pertinentem ad has impensas procedere quas supra diximus, id est ad victum praefectorum et officiorum, et militares sumptus et solennium: cunctis quae occasione largitionalium collationum a nobis dicta sunt omnimodo observandis.

[§ 4. *De vicario iudicis.*] Quoniam vero etiam huic rei providemus ne subditi nostri iniuria affecti multas distantias et vexationem inde patiantur, et praesertim quod Mareota urbi Alexandrinorum vicina est et nonnulli tumultu hic facto ad Mareotam pervenientes non amplius metuunt spectabilem Augustalem urbis Alexandrinorum,

176) Forte *προσχωρεῖν*, his impensis attribui. 177) Scilicet annonas ducis et iudicis. 178) Scilicet *δαπάνας*, quod forte addendum. 179) Cod. *ἀλλ' ὥστε*. 180) Foliorum in prototypo perturbatio effecit, ut librarius hic et in sequentibus cohaerentia separaret. Nos genuinum ordinem deteximus, de quo plura in Praefatione.

τατον τῆς Λιβύων πολιτικὸν ἄρχοντα ἄνδρα ἐπιλέγεσθαι οἰκείῳ κινδύνῳ σπουδαῖον καὶ τοῦτον ἐκπέμπειν τὸν αὐτοῦ τόπον ὑφέξοντα, ὃς καθιεῖται μὲν ἐν τῷ Μαρεώτῃ καὶ τῷ Μενελαΐτῃ τῇ πόλει, τῶν τε δικῶν χρηματικῶν καὶ ἐγκληματικῶν καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν ἐν τῇ περιοικίδι τοῦ Μαρεώτου καὶ τοῦ Μενελαΐτου τῆς πόλεως πραττομένων ἀκροάσεται καὶ τὰ προσήκοντα πράξει, καὶ εἴ τινες τῶν Ἀλεξανδρέων στασιώδεις φύγοιεν, τούτους καὶ συλλήψεται καὶ στελεῖ[181]) πρὸς τὸν περίβλεπτον αὐγουστάλιον, δημοσίαν ἐπιστολὴν πρὸς ἐκεῖνον ποιούμενος, ὥστε μηδὲν ἀνεκδίκητον τῶν οὕτως πραττομένων περιλιμπάνεσθαι. εἰ μέντοι φυγόντων τινῶν στασιωδῶν εἰς τὸν Μαρεώτην ὁ περίβλεπτος αὐγουστάλιος βουληθείη τούτους συσχεῖν, ἄδειαν ἕξει ἕνα τῶν ὑπ' αὐτοῦ κομμενταρησίων ἐκπέμπειν ἅμα δημοσίᾳ ἐπιστολῇ πρὸς τὸν πληροῦντα τὸν τόπον τοῦ λαμπροτάτου τῆς Λιβύων ἐπαρχίας ἄρχοντος, ὥστε προνοίᾳ αὐτοῦ καὶ κινδύνῳ σ[υν]έχεσθαι[182]) καὶ παραδίδοσθαι τοὺς ἀτακτήσαντας

sancimus, ut pro tempore clarissimus eparchiae Libyorum civilis iudex proprio periculo virum industrium eligat eumque mittat vices suas sustinentem, qui residebit in Mareota et Menelaita urbe, et pecuniarias et criminales causas et omnia alia quae in vicinia Mareotae et Menelaitae urbis geruntur audiet et consentanea faciet: et si qui Alexandrinorum seditiosi fugerint, hos comprehendet et mittet spectabili Augustali, litteris publicis ad eum datis, ut nihil ita commissum inultum relinquatur. Quodsi seditiosis quibusdam fugientibus in Mareotam spectabilis Augustalis voluerit eos comprehendere, licebit ei unum ex commentariensibus qui ei subsunt mittere cum litteris publicis ad vicarium clarissimi iudicis Libyorum eparchiae, ut cura eius et periculo flagitiosi comprehendantur et

181) Cod. στέλλει. 182) Cod. σέχεσθαι.

καὶ ἐπὶ τὴν Ἀλεξανδρέων ἐκπέμπεσθαι. ἀφορίζομεν γὰρ τῷ εἰρημένῳ τοποτηρητῇ καὶ εἴκοσι ταξεώτας τῆς τάξεως τῆς πειθομένης τῷ ἐπιχωρίῳ τῆς Λιβύων ἄρχοντι, καὶ στρατιώτας τῶν ἐκεῖσε ἱδρυμένων ἄχρι πεντήκοντα τὸν ἀριθμόν, ὥστε αὐτὸν ἔχειν καὶ τοὺς ὑπακούοντας καὶ τοὺς ὑπουργοῦντας καὶ ἱκανὸν εἶναι τὰ προσήκοντα πράττειν[183]. *ὑπουργήσουσι δὲ αὐτῷ οἱ εἰρημένοι ταξεῶται καὶ στρατιῶται ἐπί τε τῇ καταστάσει, ἐπί τε τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, ἅπερ ἀνάγκη πράττειν τὸν πληροῦντα τὴν τῆς ἀρχῆς χρείαν· ἐπιδοθήσονται δὲ αὐτῷ λόγῳ παραμυθίας χρυσοὶ ἑκατόν. ταῦτα*[184] *μὲν ἡμῖν πέρας ἐχέτω καὶ τὰ περὶ τῆς Λιβύης*[185] *διοικήσεως διαταχθέντα.*

Ἀκόλουθον τοίνυν ἐστὶν ἐντεῦθεν διαβῆναι ἡμᾶς ἐπὶ τὸ Θηβαϊκὸν λιμιτόν, τουτέστι δύο Θηβαΐδας, αἷσπερ ἐπέστη

tradantur et ad urbem Alexandrinorum mittantur. Assignamus enim dicto vicario etiam viginti officiales ex officio indigenae Libyorum iudici parente et milites ex his qui ibi stationem habent quinquaginta numero, ut ipse habeat qui ei obtemperent et ministerio sint, et aptus sit ad agenda quae convenit. Ministerium autem ei praebebunt dicti officiales et milites tam in conservando rerum statu quam in reliquis omnibus quae facere necesse habet qui iudicis munere fungitur: solatii vero loco dabuntur ei centum aurei. Et hic nobis finis sit eorum quae de Libyae administratione constituta sunt.

[Caput III. De Thebaico limite.]

[§ 1. *Ducis administratio.*] Consequens igitur est ut hinc transeamus ad Thebaicum limitem, id est duas The-

183) Cod. *εἰσπράττειν.* 184) Forte *τοῦτο.* 185) Forte *Λιβύων.*

μὲν ὁ περίβλεπτος δοὺξ ὁ ταύτην παραλαμβάνων παρ' ἡμῶν τὴν διοίκησιν· ἐπακούσονται[186]) *δὲ τούτου καὶ οἱ τούτων τῶν ἐπαρχιῶν ἐπιχώριοι ἄρχοντες, καὶ ἔσται καὶ αὐτὸς ἐπὶ τῆς τοῦ αὐγουσταλίου τιμῆς ὥσπερ ἂν εἰ*[187]) *καὶ αὐγουστάλιος ἦν, ὑποκεισόμενος ταῖς διατυπώσεσι τῆς σῆς ὑπεροχῆς καὶ τῷ δικαστηρίῳ τῆς Ἕω κατὰ πάντα, ὅπως καὶ νῦν ὁ περίβλεπτος αὐγουστάλιός ἐστι. δίδομεν γὰρ καὶ πᾶσαν δικαιοδοσίαν τε καὶ ἐξουσίαν, ἣν ὁ περίβλεπτος αὐγουστάλιος ἔχει — — — — — —*[188]) *τοι ταῖς ἄνωθεν ἀφωρισμέναις αὐτῷ, τουτέστι Θηβαΐσι δύο.*

Ἔσται[189]) *δὲ αὐτῷ φροντίς τε καὶ κίνδυνος, ὥστε πρότερον μὲν παντοίως εἰσπράττειν τὸν σῖτον τῆς αἰσίας ἐμβολῆς καὶ ἐκπέμπειν καὶ παραδιδόναι τῷ περιβλέπτῳ αὐγου-*

baidas, quibus praeest spectabilis dux qui a nobis hanc administrationem accepit. Obedient vero ei etiam indigenae iudices harum eparchiarum, et erit ipse in honore Augustalis tanquam si ipse Augustalis esset: subiectus praeceptis excellentiae tuae et tribunali Orientis in omnibus, ut etiam nunc spectabilis Augustalis subest. Damus enim illi omnem iurisdictionem et potestatem, quam spectabilis Augustalis habet

— — — — — — — — — — — — — — — —

iam olim ei attributis, id est duabus Thebaidibus.

[§ 2. *Cura felicis embolae.*] Cura vero et periculum eius erit ut primum quidem omnimodo frumentum felicis embolae exigat, idque mittat et spectabili Augustali urbis Alexandrinorum tradat, et procuret ut plene dictis ter-

186) Forte *ὑπακούσονται — τούτῳ.* 187) Cod. *εἴη.* · 188) In codice est lacuna sex linearum. Nimirum desiderantur quae Iustinianum verisimile est exposuisse similia his, quae c. I § 1—5 de Augustali et c. II § 1 de duce Libyae sancita sunt. 189) Cod. *ἐστὶ.* Sed et supra *ἔσται.*

σταλίῳ τῆς Ἀλεξανδρέων, καὶ παρασκευάζειν ἀνελλιπῶς[190]) κατὰ τὰς εἰρημένας προθεσμίας καὶ αὐτῷ τῷ ἔργῳ [ἐκπέμπεσθαι][191]) οἰκείῳ κινδύνῳ ἅπαντα τὸν σῖτον [τὸν] ἐπιβάλλοντα ταῖς αὐτοῦ ἐπαρχίαις τε καὶ πόλεσι καὶ τόποις, καὶ ἀνήκοντα τῇ τε ἐμβολῇ τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως[192]) καὶ τῷ παρ' ἡμῶν φιλοτιμουμένῳ τροφίμῳ τῆς Ἀλεξανδρέων, [οὐ]δεμιᾶς[193]) ἀναβολῆς περὶ τούτων γινομένης, οἷα καὶ παντὸς [κινδύνου αὐτὸν ἀφορῶντος][194]) καὶ τὴν πειθομένην αὐτῷ τάξιν· κινδυνευόντων καὶ τῶν στρατιωτῶν τῶν ἐπὶ τοῖς τόποις ὄντων καὶ τῶν τριβούνων καὶ πάσης πολιτικῆς καὶ δημοσίας βοηθείας, εἰ μὴ πρὸς ταῦτα ἀμύνοιεν. [ἀναγκαῖον][195]) δὲ ὂν τὸ μὲν τῆς ἐνταῦθα ἐκπεμπομένης αἰσίας ἐμβολῆς μέτρον ἐμβληθῆναι μὲν παρ' αὐτοῦ ταῖς ποταμίαις ναυσὶν αὐτῷ τῷ ἔργῳ μέχρι τῆς ἐννάτης τοῦ αὐγούστου μηνὸς καὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ πλη-

minis et ipso facto transmittat omne frumentum quod eius eparchiis et urbibus et locis impositum est et quod ad embolam felicis huius urbis et alimoniam urbis Alexandrinorum, quam nos largiti sumus, pertinet, ita ut nulla in his dilatio fiat, quippe cum omne periculum ad eum spectet et ad obtemperans ei officium: et periculum sustinebunt etiam milites in locis constituti et tribuni et omne civile et publicum adiutorium, nisi in his opem ferant. Necesse autem erit ut felicis embolae pars huc transvehenda ab ipso navibus fluvialibus ipso facto imponatur usque ad diem nonum Augusti et plenaria propter

190) i. e. absque defectu. Supra est ἀνυπερθέτως i. e. absque mora. 191) Supra παρασκευάζειν ἐκπέμπεσθαι, unde supplevi. 192) i. e. Constantinopolis. 193) Cod. δεμιᾶς pro οὐδεμιᾶς. 194) Sic expleo lacunam, quam statuo, licet in cod. non appareat. 195) In codice lacuna non apparet, sed est δέον. Id absolute dictum cum sit minus usitatum in δὲ ὂν mutandum, ut [ἀναγκαῖον] δὲ ὂν legatur. Ita ἀναγκαῖον ὂν habetur v. c. in Nov. XXII (12) pr.

ναρίαν παρ' αὐτοῦ πραχθῆναι, καὶ κατακομισθῆναι δὲ αὐτὸν τὸν σῖτον εἰς τὴν Ἀλεξανδρέων μέχρι τῆς δεκάτης τοῦ σεπτεμβρίου μηνὸς, καὶ παραδίδοσθαι) τῷ περιβλέπτῳ αὐγουσταλίῳ ἢ*[196]) *τοῖς παρ' αὐτοῦ εἰς τοῦτο προβαλλομένοις· τοῦ δὲ παρ' ἡμῶν φιλοτιμουμένου τῇ μεγάλῃ τῶν Ἀλεξανδρέων πόλει τροφίμου μέχρι τῆς πεντεκαιδεκάτης τοῦ ὀκτωβρίου μηνός. ἐκεῖνο γὰρ τῶν ἀνωμολογημένων ἐστὶν, ὡς εἰ μὴ κατὰ τὰς εἰρημένας προθεσμίας πᾶς ὁ σῖτος, τῆς τε αἰσίας ἐμβολῆς τῆς*[197]) *ἐνταῦθα στελλομένης τοῦ τε τροφίμου τῆς Ἀλεξανδρέων, ἐκπεμφθείη κατὰ τὴν Ἀλεξανδρέων, καὶ ἅπας παραδοθῇ τῷ περιβλέπτῳ αὐγουσταλίῳ, καὶ οὐκ ἂν*[198]) *αὐτὸς προστήσοιτο παντὸς, [ἀπαιτηθήσεται]*[199]) *κατὰ τριῶν ἀρτάβων [ὑπὲρ] ἑκάστου νομίσματος τοῦ σίτου τὸ ἐλλεῖπον καὶ μὴ παραδοθὲν μέτρον. ὁ δὲ κίνδυνος οὗτος οὐ μέχρι τῆς αὐτοῦ στήσεται ζωῆς οὐδὲ μέχρι τῆς ἀρχῆς, ἀλλὰ καὶ ἰδιώτης γενόμενος καὶ τελευτήσας μακροτέραν τῆς*

id ab ipso fiat, et ipsum frumentum transportetur ad urbem Alexandrinorum usque ad diem decimum mensis Septembris et tradatur spectabili Augustali vel eis qui ab eo ad hoc deputati sunt; quod autem largiti sumus magnae Alexandrinorum urbi in alimoniam usque ad diem decimum quintum mensis Octobris. Illud enim in confesso est, nisi dictis terminis omne frumentum, tam felicis embolae huc mittendae quam alimoniae urbis Alexandrinorum, ad urbem Alexandrinorum missum et omne spectabili Augustali traditum sit, eique non omne praesto sit, exigetur ab ipso frumenti mensura deficiens nec tradita tribus artabis pro unoquoque aureo computandis. Quod periculum non ad vitam eius neque ad administrationem durabit, sed et privatus factus et defunctus ulteriorem

*) Cod. *παραδιδόναι.* 196) Cod. *ἢ* non habet. 197) Cod. *τῆς τε.* 198) Cod. *οὐ πᾶν.* 199) In cod. lacuna non notatur. Forte plura exciderunt.

αὐτοῦ τελευτῆς ἕξει τὴν ἀπαίτησιν· κληρονόμοι τε γὰρ αὐτοῦ καὶ τὰ αὐτοῦ πράγματα ταῖς τοιαύταις ἐνέξονται δυσκολίαις, τῆς ἐκείνου ῥᾳθυμίας διηνεκῆ διδούσης κατ' αὐτῶν κίνδυνόν τε καὶ φροντίδα καὶ εἴσπραξιν, ἕως ἡ τοῦ παντὸς χρέους κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον γένηται διάλυσις. καὶ οὐδὲ καινίζομέν τι τὸ[200]) μὴ μέχρι νῦν γενόμενον ἐπιζητοῦντες. ἴσμεν γάρ, ὡς καὶ Ἰωάννης ὁ ἐνδοξότατος Κομήτου[201]) τῆς μεγαλοπρεποῦς μνήμης παῖς πρὸ τῆς συμπληρώσεως τοῦ αὐτοῦ[202]) μηνὸς τῆς ἄρτι παρελθούσης πρώτης ἐπινεμήσεως τὸν πάντα σῖτον εἰσήνεγκεν εἰς τὴν Ἀλεξανδρέων καὶ τὸ τηνικαῦτα τῷ τὴν αὐγουσταλίαν ἔχοντι παρέδωκεν ἀρχήν. ταὐτὸ δὲ τοῦτο ἔπραξε καὶ ὁ νῦν τῆς αὐτῆς ἀρχῆς ἀντεχόμενος, τουτέστιν Ὡρίων ὁ ἐνδοξότατος, [ὡς αἱ

morte sua exactionem sentiet: heredes enim eius et bona eius hisce difficultatibus tenebuntur, utpote neglegentia illius perpetuum adversus eos periculum et curam et exactionem praebente donec totius debiti dicto modo solutio facta sit. Nec quidquam innovamus requirendo quod hactenus non sit factum. Scimus enim gloriosissimum Ioannem Comitae magnificentissimae memoriae filium ante completum eundem mensem indictionis primae iam praeteritae omne frumentum intulisse in urbem Alexandrinorum et tradidisse ei qui tum Augustalis administrationem obtinebat. Hoc vero ipsum fecit etiam qui nunc eam administrationem obtinet, videlicet gloriosissimus Orion, ut ple-

200) Cod. *τῶν — γενομένων*. 201) Cod. *κόμης τοῦ*. Non autem comitis, sed ducis limitis Thebaici administratione tum fungebatur Ioannes, ut *Κόμης* cum Ioanne non possit coniungi. Enimvero patris nomen in illa voce latet: et cum *Κόμη* pro nomine vix possit sumi, emendavi *Κομήτου*, de quo nomine vide quae disputavi in libro *Ἀνεκδ.* p. 253 not. 32. 202) Forte *αὐγούστου*.

πληναρίαι δηλοῦσι,][203]) *ἅστινας πληναρίας, τήν τε ἐπὶ Ἰωάννου τήν τε ἐπὶ Ὠρίωνος γενομένην, ἐκπεμφθείσας ἡ σὴ ὑπεροχὴ καὶ ἡμεῖς ἐφείδομεν. ῥᾳθυμίας οὖν ἔσται μόνης καὶ*[204]) *προδοσίας τὸ μὴ καὶ τοῖς οὕτω*[205]) *γενομένοις ἀκολουθῆσαι· ἄλλως τε*[206]) *καὶ μείζονα καὶ ἰσχυρότερον αὐτὸν ἐποιήσαμεν, καὶ τὴν τοῦ αὐγουσταλίου δεδώκαμεν αὐτῷ τάξιν*[207]) *τε καὶ δικαιοδοσίαν· οὐ γὰρ ἂν εἴη φορητὸν τὸ μείζονος μὲν ἐξουσίας δράξασθαι, ἐλάττονα δὲ καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ καταστῆναι καὶ ὑποθεῖναι τήν τε ὅλην πολιτείαν κινδύνῳ, ἑαυτόν τε ὀλέθρῳ διηνεκεῖ, καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκπίπτοντα καὶ ἐναγόμενον καὶ [ἐν] ἰδιώτῃ βίῳ καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν διὰ τῶν αὐτοῦ κληρονόμων τὸ*[208]) *χρέος ἐκλύοντα ἕως κατὰ τριῶν ἀρτάβων σίτου*[209]) *ἅπαν τὸ μέτρον τὸ μὴ ἐκκομισθὲν*

nariae ostendunt, quas plenarias, tam quae sub Ioanne quam quae sub Orione facta est, huc missas excellentia tua et nos inspeximus. Neglegentiae igitur solum erit et proditionis haec quae ita gesta sunt non secutum esse, praesertim cum maiorem et potentiorem eum fecerimus et Augustalis ei dignitatem et iurisdictionem dederimus: nec enim tolerabile esset, si maiorem potestatem adeptus tum inferiorem antecessoribus se exhibuerit tum universam rempublicam periculo subiecerit, semet ipsum vero perpetuae perditioni, administratione cadens et conventus etiam in privata vita et post mortem per heredes suos debitum exsolvens, donec per ternas artabas frumenti

203) Licet in codice lacuna non sit notata, tamen eiusmodi quid supplendum est, ut sit quo *ἅστινας πληναρίας* referatur. 204) Cod. *καὶ* non habet. 205) Cod. *τοσούτοις*. 206) Cod. *ὥστε*. 207) An *ἀξίαν*; 208) Cod. *καὶ τὸ*. 209) In hoc verbo latere videtur quod alias additur *ὑπὲρ ἑκάστου νομίσματος*, vel *ἀποτιμώμενον*.

ἀποσωθείη τῷ δημοσίῳ[210]) *διὰ τοῦ θρόνου τῆς σῆς ὑπεροχῆς εἰσπραξαμένου.*

— — — — — — — — — — — — — — —[211])

Ἄρξει δὲ καὶ στρατιωτῶν καὶ ἰδιωτῶν, τῶν μὲν κατὰ τὸ τῆς στρατιωτικῆς ἀρχῆς δίκαιον, τῶν δὲ κατὰ τὴν τοῦ αὐγουσταλίου δικαιοδοσίαν, δηλαδὴ ὑποκειμένων[212]) *αὐτῷ (καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν) τῶν ἐπιχωρίων ἀρχόντων, οἷς τῶν εἰρημένων ἐπαρχιῶν μέλει, καὶ τῶν πειθομένων αὐτοῖς τάξεων, καὶ πάσης πολιτικῆς καὶ δημοσίας βοηθείας, καὶ παγάρχων καὶ πολιτευομένων*[213]) *καὶ ἁπλῶς ἁπάντων κατὰ τὰς ἐπαρχίας ἐκείνας ἢ ὄντων ἢ οἰκούντων ἢ παγαρχούντων ἢ δημόσια καθ' οἱονοῦν τρόπον χειριζόντων. οὓς ἕξει παῤῥησίαν καὶ ἄγειν πρὸς ἑαυτὸν κἂν*[214]) *εἰς ἑτέρας ἐπαρ-*

omnis mensura quae exportata non fuerit publico fuerit salva, [auro] per thronum excellentiae tuae exacto.

— — — — — — — — — — — — — — — —

[§ 3. *Potestas ducis, in exactionibus praesertim super pagarchis.*] Praeerit autem et militibus et privatis, illis pro iure militaris administrationis, his pro iurisdictione Augustalis, scilicet subiectis ipsi ut antea diximus indigenis iudicibus, qui earum eparchiarum curam gerunt, et officiis quae eis parent, et omni civili et publico adiutorio, et pagarchis et curialibus, et omnino omnibus qui in istis eparchiis vel sunt vel habitant vel pagarchae sunt vel publica quocunque modo tractant. Quos facultatem habebit etiam ad se adducendi licet in aliis eparchiis habitent ipsi non subiectis, in solis tamen publi-

210) Adde *τοῦ χρυσίου* vel simile quid. 211) Nimirum ob defectum integrorum foliorum exciderunt quae congruentia continerent eis quae in c. I § 7—11 exposita sunt. 212) Cod. *ὑποκειμένην*. 213) Cod. *πᾶς ἄρχων καὶ πολιτευόμενος*. Ut ab *ἀρτάβη* genetivum pluralis *ἀρτάβων* efformat, ita hic *παγάρχων* a *παγάρχης*. 214) Cod. *καὶ*.

χίας οἰκοῦσιν [μὴ][215]) ὑποκειμένας αὐτῷ, ἐπὶ μόναις μέντοι ταῖς δημοσίων[216]) εἰσπράξεσιν· ὅπερ ποιήσει κἂν εἰ ἐν τοῖς αὐτοῦ τόποις ὄντες εἶτα[217]) ἀποφύγοιεν. οὕτω γὰρ ἔσται πανταχόθεν ἡ τῶν δημοσίων εἴσπραξις ἀπροφάσιστος. εἰ δέ τινες τῶν παγάρχων, ὑπὲρ ὧν καὶ κινδυνεύει, ἀγνώμονες περὶ τὴν αἰσίαν σιτοπομπίαν ἢ περὶ τὰ[218]) τοῖς ναύλοις καὶ ταῖς κατὰ χώραν δαπάναις ἐπιδιδόμενα εὕροι, τούτους οὐκ ἀποκινήσει μέν, ὑπὸ ἀσφάλειαν δὲ καταστήσει, καὶ ἑτέρους ἀναζητήσει πρὸς τὸ πρᾶγμα ἐπιτηδείους, καὶ μηνύσει ταῦτα τῷ θρόνῳ τῆς σῆς ὑπεροχῆς, ὥστε παρὰ σοῦ καὶ τῶν ἀεί σοι [παρεδρευόντων ἢ][219]) καὶ τὴν αὐτὴν ἐχόντων ἀρχὴν εἰς τὴν βασιλείαν τὸ πρᾶγμα φερόμενον δέξασθαι τὴν ἐκεῖθεν διοίκησιν, τῶν μὲν ἐπ' ἀγνωμοσύνῃ κατεγνωσμένων εἰ συνίδοιμεν[220]) ἀπελαυνομένων, τῶν δὲ

corum exactionibus: idque faciet si qui cum in iis locis versarentur postea aufugerint. Ita enim publicorum exactio undique absque praetextu procedet. Si vero pagarchas, pro quibus periculum sustinet, circa felicem frumenti transmissionem aut circa ea quae naulis vel impensis in regione facindis destinata sunt, indevotos invenerit, hos non removebit quidem, sed sub cautione constituet, et alios anquiret ad eam rem idoneos, et nuntiabit haec throno excellentiae tuae, ut res per te perque eos qui pro tempore tibi assident aut etiam hancce administrationem habebunt ad imperium relata inde dispositionem accipiat, et hi qui ob indevotionem notati sunt si nobis visum fuerit removeantur, qui vero in regione ad

215) Agylaeus οὐχ suppleri vult. 216) Cod. δημοσίαις. Vide tamen supra not. 159. Sed et mox ἡ τῶν δημοσίων εἴσπραξις. 217) Cod. εἴτε. Emendavit Osenbrüggen. 218) Cod. τε. 219) Nempe excidit aliquid, quod an recte suppleverim alii videant. 220) Cod. συνοίδ.

ἐπιλεγέντων ἐν τῇ χώρᾳ [εἰς][221]) *τοῦτο, εἴ γε*[222]) *ἡμεῖς ἐπιτηδείους εἶναι κρίναιμεν, ἀντικαθισταμένων καὶ εἰς τὰς ἐκείνων παγαρχίας τε καὶ οὐσίας ἐμβαινόντων, θείας τε ἡμῶν καὶ εὐσεβοῦς*[223]) *[ἀντιγραφῆς καὶ] προστάξεως τοῦ θρόνου τοῦ σοῦ περὶ τούτου γινομένης.*

— — — — — — — — — — — — — — — —[224])

— — — — — — — — — — — — — — — —[225])

Βουλόμεθα τοίνυν κατὰ πρώτην τάξιν αὐτὸν προνοεῖν τῆς αἰσίας ἐμβολῆς καὶ τοῦ τροφίμου τῆς Ἀλεξανδρέων,

hoc electi sunt si nos idoneos esse iudicemus in eorum locum substituantur et in illorum pagarchias et substantias ingrediantur, divino et pio nostro rescripto et iussione throni tui circa id procedente.

— — — — — — — — — — — — — — — —

[Caput IV. De limite Aegypti.]

— — — — — — — — — — — — — — — —

[§ 1. *Cura felicis embolae.*] Volumus igitur eum primo loco curare felicem embolam et alimoniam urbis

221) Recte supplevit Osenbrüggen. 222) Cod. *δὲ*. 223) Aliquod verbum excidisse manifestum est. Conieceram *κρίσεως*, sed magis placet *ἀντιγραφῆς* scil. ad relationem Praefecti Praetorio. 224) Desunt complura ob defectum codicis principalis, scilicet congruentia his quae c. I § 13—14 dicta sunt. 225) Ad administrationem limitis Aegypti spectasse quae sequuntur verisimile est. De comite rei militaris in limite Aegypti constituto videatur Notitia Orient. c. XXV, ubi enumerantur qui sub eius dispositione erant milites. Postea ad dignitatem ducis promotus est: Cod. 2. 7. 13. Denique Iustinianus, ut ducibus Libyae et Thebaidos, ita duci limitis Aegypti etiam civilem potestatem in Augustamnica prima et secunda hac nostra constitutione dedisse videtur. Quodsi quis statuere maluerit hoc capite de Arcadia tractatum esse, obstat quod infra de eparchiis et indigenis iudicibus plurali numero sermo est, id quod nonnisi in Augustamnicam primam et secundam quadrat.

ὥστε ἐκπέμπειν αὐτὸν οἰκείῳ κινδύνῳ καὶ τῶν ἐπιχωρίων ἀρχόντων καὶ τῶν πειθομένων αὐτοῖς τάξεων κατὰ τὴν Ἀλεξανδρέων, καθ' ὅσον [αἱ] ἐπ' αὐτὸν τεταγμέναι χῶραί τε καὶ πόλεις [εἰσφέρουσι].[226]) *κινδυνευόντων καὶ τῶν λαμπροτάτων τριβούνων καὶ πάσης πολιτικῆς καὶ δημοσίας βοηθείας περί τε τὴν ζώνην καὶ τὴν περιουσίαν καὶ τὴν σωτηρίαν αὐτὴν, εἰ μὴ ἐπαμύναιεν. ἀλλὰ τῆς μὲν ἐνταῦθα εὐτυχοῦς σιτοπομπίας μέχρι δεκάτης τοῦ σεπτεμβρίου μηνὸς ἑκάστης ἐπινεμήσεως*

— — — — — — — — — — — — — — —[227])

εἰ μὴ ἐκπέμψει καὶ παραδώσει κατὰ τὴν Ἀλεξανδρέων πόλιν

Alexandrinorum, ut ipse periculo proprio et indigenarum iudicum et officiorum eis obtemperantium mittat ad urbem Alexandrinorum quantum regiones et urbes sub ipso constitutae conferunt: periculum subeuntibus etiam clarissimis tribunis et omni civili et publico adiutorio, tam circa cingulum quam circa substantiam atque ipsam salutem, si opem non tulerint. Sed cum frumenti huc felix transvectio usque ad decimum diem mensis Septembris cuiusque indictionis [fieri debeat, mittere eum et tradere mensuram felicis embolae huc transvehendae usque ad diem nonum mensis Augusti, exigi autem ab ipso tribus artabis pro unoquoque aureo computandis frumenti reliquum] quod non miserit et tradiderit ad urbem Alexandrinorum

226) *αἱ* et *εἰσφέρουσι* Cod. non agnoscit, qui ne lacunam quidem indicat. 227) In Cod. non est lacunae signum. Exciderunt tamen quae pluribus lineis exarata in codice principali in fine paginae legebantur. Quae ex c. III § 6 suppleri possunt, forte sic: *γίνεσθαι ὀφειλούσης ἐκπέμπειν αὐτὸν καὶ παραδιδόναι τὸ τῆς ἐνταῦθα ἐκπεμπομένης αἰσίας ἐμβολῆς μέτρον μέχρι τῆς ἐννάτης τοῦ αὐγούστου μηνὸς, ἀπαιτεῖσθαι δὲ κατὰ τριῶν ἀρτάβων ὑπὲρ ἑκάστου νομίσματος τοῦ σίτου τὸ ἐλλεῖπον ὃ μὴ ἐκπέμψει κτλ.*

τῷ ταύτης αὐγουσταλίῳ ἢ τοῖς παρ' αὐτοῦ προβαλλομένοις· τὸν δὲ φιλοτιμούμενον παρ' ἡμῶν τῷ τροφίμῳ τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεως μέχρι πεντεκαιδεκάτης τοῦ ὀκτωβρίου μηνὸς στέλλειν καὶ παραδώσειν τῷ αὐτῷ περιβλέπτῳ αὐγουσταλίῳ ἢ τοῖς παρ' αὐτοῦ προβαλλομένοις εἰς τοῦτο ὅπερ[228]) καὶ φθάσαντες διετυπώσαμεν. πράξει δὲ τὴν πληναρίαν κατὰ τὸ ἄνωθεν παρ' ἡμῶν διατεταγμένον.

Ἔπειτα, ὅπερ ἑπόμενόν ἐστι τῷ πράγματι (φαμὲν δὴ τὸ τῶν ναύλων), ἐν φροντίδι καὶ κινδύνῳ παντὶ αὐτῷ τε καὶ τοῖς ἐπιχωρίοις ἄρχουσι καὶ ταῖς πειθομέναις αὐτοῖς[229]) τάξεσι κείσεται, ὥστε τὰς πόλεις καὶ τοὺς τόπους καὶ τὰ πρόσωπα, ὅσα ὑπεθήκαμεν τῇ ὑποτεταγμένῃ τῷδε τῷ νόμῳ ἀπογραφῇ καὶ ἀφωρίσαμεν τῷ τῶν ναύλων τίτλῳ, εἰσπράττειν πάσης μειώσεως χωρὶς καὶ ἀπαιτεῖν τὸ ἐντεῦθεν χρυσίον ἅπαν καὶ διδόναι τῷ τῶν ναύλων ἀποδέκτῃ εἴσω τῶν

eius Augustali vel his qui ab eo fuerint deputati: quod autem nos in alimoniam urbis Alexandrinorum largiti sumus, usque ad decimum quintum mensis Octobris mittere et tradere ipsi spectabili Augustali vel his qui ab eo deputati fuerint ad hoc, quod et antea disposuimus. Faciet autem etiam plenariam secundum id quod supra a nobis constitutum est.

[§ 2. *Naulorum titulus.*] Deinde, quod huic rei connexum est (naula dicimus), curae et omni periculo eius et indigenarum iudicum et officiorum eis parentium subiacebit, ut ab urbibus et locis et personis quas in subiecta huic legi descriptione subdidimus et naulorum titulo assignavimus, colligant citra aliquam imminutionem et aurum inde omne exigant et naulorum susceptori in-

228) Forte ὥσπερ. 229) Cod. αὐτῷ.

τεταγμένων καιρῶν κατ' οὐδὲν αὐτοὺς ὑπερβαίνοντας[230]), ὥστε μὴ ἐμποδίσαι τῷ τῶν ναύλων λόγῳ, ὅπερ ἐστὶν[231]) αὖθις ἐμπόδισμα τῆς αἰσίας ἐμβολῆς. καὶ γὰρ δὴ καὶ ὁ ἐντεῦθεν κίνδυνος οὕτως αὐτὸν ὄψεται, ὥστε ἀναγκασθῆναι πᾶν ὅπερ ἂν μὴ ἐμπροθέσμως καταβάλοι τῷ τῶν ναύλων ἀποδέκτῃ, τοῦτο διπλάσιον ἀποκαταστῆσαι[232]) αὐτόν τε καὶ τὴν αὐτοῦ τάξιν.

Τὰ δὲ ὅσα ἐκ τῆς παραδιδομένης αὐτῷ παρ' ἡμῶν χώρας εἰσφέρεται ταῖς τραπέζαις τῆς σῆς ὑπεροχῆς, ταῦτα διά τε τῆς τάξεως τῆς σῆς ὑπεροχῆς διά τε τῶν σκρινιαρίων καὶ τρακτευτῶν τῶν εἰρημένων ἐπαρχιῶν οἰκείῳ αὐτῶν[233]) κινδύνῳ ἀπαιτεῖσθαι βουλόμεθα ἐκ τῶν τόπων καὶ τῶν πόλεων καὶ προσώπων τῶν ὑποκειμένων τῷδε ἡμῶν τῷ θείῳ νόμῳ,

tra praefinitos terminos dent ita ut nequaquam eos illi transgrediantur, ut nihil naulorum rationem impediat, quod rursus felici embolae impedimento foret. Etenim profecto etiam periculum inde imminens ita ad eum spectabit, ut omne quod statuto tempore naulorum susceptori non solverit, hoc duplum restituere cogatur ipse et officium eius.

[§ 3. *Publicorum exactio.*] Quaecunque vero ex regione ei commissa mensis excellentiae tuae inferuntur, ea per officium excellentiae tuae et scriniarios et tractatores dictarum eparchiarum proprio ipsorum periculo exigi volumus a locis et urbibus et personis huic divinae legi sub-

230) Cod. ὑπερβαίνοντα. Sed subintellegendi sunt comes sive dux, iudices et officia. 231) Malim ἔσται, et sic verti. 232) Cod. ἀπαιτῆσαι. Agylaeus emendare voluit ἀπαιτεῖσθαι. Sed ἀναγκασθῆναι — ἀπαιτεῖσθαι αὐτὸν κτλ. ineptum est. 233) Cod. αὐτοῦ. Sed publicorum exactio in his eparchiis non comiti sive duci sed Praefecto Praetorio eiusque officialibus commissa est, ut proinde ipsorum non comitis periculum sit.

καὶ σαφεστέραν ποιούντων τὴν τῆς εἰσπράξεως εὐκολίαν· αὐτοὶ γὰρ ταῦτα πράξουσι[234]) *καὶ ἐνταῦθα πέμψουσι.*

Καὶ οὔτε λόγον ἀσυλίας δώσει τις, εἴτε ὁ τὴν ἀρχὴν ἔχων εἴτε πόλεως ἐπίσκοπος εἴτε ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων περίβλεπτος αὐγουστάλιος, εἰ μὴ πρόσταξις γένηται τοῦ θρόνου τοῦ σοῦ ταῦτα βουλομένη, ἢ καὶ αὐτοὶ οἱ τρακτευταὶ ἢ οἱ σκρινιάριοι ἢ οἱ τὸν τόπον αὐτῶν ἐπέχοντες τοῦτο αἰτήσουσιν, ἐπὶ τῆς αὐτῆς μέντοι προθεσμίας καὶ ἐπὶ τούτοις τοῖς ὅροις, ἐφ' οἷς ἂν ὁ θρόνος ὁ σὸς προστάξειεν ἢ[235]) *καὶ αὐτοὶ βουληθεῖεν ταῦτα γενέσθαι· πλὴν εἰ μὴ τὸν λόγον ἐπὶ τούτῳ δοῖεν, ἐφ' οἷς**) *εἴσω ῥητῶν [ἡμερῶν]*[236]) *ἐξελθόντας αὐτοὺς ἐκτὸς τῶν ἱερῶν χωρίων πρόνοιαν θέσθαι τοῦ πᾶσι τρόποις πληρῶσαι τὸ δημόσιον ἢ τὸ ἱκανὸν αὐτῷ ποιῆσαι, ὡς ἂν τοῦτο λαβεῖν οἱ*[237]) *σκρινιάριοι τοῦ δικαστηρίου τοῦ σοῦ οἱ περὶ τούτου κινδυνεύοντες ἕλοιντο. τὸν*

iectis et evidentiorem facientibus exactionis facilitatem: illi scilicet haec peragant et huc mittant.

[§ 4. *De λόγῳ propter publica dando.*] Nec *λόγον* asyli quisquam dabit sive qui administrationem habet sive urbis episcopus sive urbis Alexandrinorum spectabilis Augustalis, nisi iussio a throno tuo procedat quae hoc voluerit, aut etiam ipsi tractatores et scriniarii et qui eorum locum obtinent id petierint, sub eadem nimirum dilatione et sub eisdem condicionibus, sub quibus id fieri thronus tuus praeceperit aut etiam ipsi voluerint. Nisi *λόγον* ad hoc dent, ut intra certos dies e sanctis locis egressi providere possint ut omnibus modis publico debitum exsolvant vel satis ei faciant quemadmodum accipere scriniarii tribunalis tui utpote huius periculum sustinentes

234) Forte *εἰσπράξουσι.* 235) Cod. *εἰ.* *) Lege *ἐφ' ᾧ.* 236) Cod. *εἰσορητὸν.* 237) Cod. *λάβοιεν.*

γὰρ παρὰ ταῦτα διδόμενον λόγον οὐδὲ λόγον εἶναι βουλόμεθα, ἀλλὰ πανταχόθεν τὴν εἴσπραξιν καὶ ἔνδον τῶν ἱερῶν χωρίων ὑπομένειν τὸν λαβόντα μάτην τὸν τοιοῦτον λόγον, πρὸς τῷ καὶ τὸν παρασχόντα τοῦτον ὑποκεῖσθαι ταῖς ἐντεῦθεν εἰσπράξεσί τε καὶ μεθοδείαις, καὶ κληρονόμους τε αὐτοῦ καὶ διαδόχους καὶ πράγματα. εἰ δέ τις τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων παρὰ τὰ εἰρημένα δοίη λόγον, ἀνάγκην ἕξουσιν οἱ τῆς ὑπ' αὐτὸν ἐκκλησίας θεοφιλέστατοι οἰκονόμοι τε καὶ ἔκδικοι τὴν ἐντεῦθεν συμβαίνουσαν θεραπεῦσαι τῷ δημοσίῳ ζημίαν, πρότερον μὲν οἴκοθεν καὶ ἐκ τῆς ἰδίας αὐτῶν ὑποστάσεως, εἰ δὲ ἀποροῖεν, καὶ τῶν τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας πραγμάτων. εἰ δὲ τολμήσειαν[238]) παρὰ γνώμην τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου δοῦναί τινι[239]) λόγον, οὐ μόνον ἄκυρον παντελῶς ἔσται τὸ γενόμενον, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ τὴν ζημίαν θεραπεύσουσι τῷ δημοσίῳ, πρὸς τῷ εἴ τι τοιοῦτο

elegerint. *Λόγον* enim praeter haec datum ne esse quidem *λόγον* volumus, sed eum qui temere huiusmodi *λόγον* acceperit undique exactionem sustinere etiam intra sancta loca, et insuper eum qui eum dederit subiacere exactionibus et conventionibus inde oriundis, et heredes eius et successores et res. Quodsi vero quis Dei amantissimorum episcoporum praeter dicta *λόγον* dederit, necesse habebunt Dei amantissimi oeconomi et defensores ecclesiae sub eo constitutae damnum inde emergens publico sarcire, primum quidem de suo et e propria ipsorum substantia, si vero inopes sint etiam e rebus sactissimae ecclesiae. Si vero ausi fuerint praeter voluntatem Dei amantissimi episcopi *λόγον* alicui dare, non solum quod factum est omnino irritum erit, sed et ipsi damnum publico resar-

238) Cod. *τολμήσειε.* 239) Cod. *τινα.*

πράξαιεν παρὰ γνώμην τοῦ αὐτῶν ἐπισκόπου, πάντως αὐτοὺς καὶ ἀποκινεῖσθαι τῶν φροντισμάτων ὧν ἔχουσι καὶ τῆς ἱερωσύνης ἐκβάλλεσθαι. εἰ δὲ ἄρχων παρὰ τὰ διηγορευμένα δοίη τινὶ λόγον ὀφείλοντι δημόσια ταῖς τραπέζαις ταῖς σαῖς ἀφωρισμένα, ἢ οἱ τριβοῦνοι ἢ οἱ πρωτεύοντες ὄντες

— — — — — — — — — — — — — — —[240)]

cient: insuper si quid tale praeter voluntatem episcopi sui egerint, omnino removebuntur ab officiis quibus funguntur et e sacerdotio eicientur. Quodsi iudex contra vetita *λόγον* cuipiam dederit qui publica tuis mensis deputata debet, sive tribuni sive qui priores sunt .

[Reliqua desiderantur.]

240) Dimidia pagina in codice in albo relicta est. Desiderari autem non solum finem huius capitis et notitias legi subiectas crediderim, sed etiam quintum caput quod de Arcadia tractaret. Prooemium scilicet legem de *διοικήσει* totius Aegypti promittit.